3 1761 07979002 8

Toronto University Library

Presented by

Messrs Joseph Bar & Co

through the Committee formed in
The Old Country
to aid in replacing the loss caused by
The disastrous Fire of February the 14th 1890

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/quaesupersuntex00vell

C. VELLEIUS PATERCULUS.

EDIDIT

IO. CASP. ORELLIUS.

V439N

C. VELLEI PATERCULI

QUAE SUPERSUNT

EX

HISTORIAE ROMANAE

LIBRIS DUOBUS.

EX CODICE AMERBACHIANO

ADDITA VARIETATE LECTIONIS

RHENANIANAE, BURERIANAE, GELENIANAE,

RUHNKENIANAE

CUM RELIQUAE DELECTU

EXPRESSIT

IO. CASP. ORELLIUS.

ACCEDUNT

C. CRISPI SALUSTI

ORATIONES ET EPISTOLAE EX DEPERDITIS

HISTORIARUM

LIBRIS

EXPRESSAE

EX CODICE VATICANO MMM. DCCC. LXIV.

LIPSIAE

APUD WEIDMANNOS

A. 1835.

14295
30/7/91

BREMIO HULDRICO SCHULTHESSIO

QUAM CURAM MEDITATUS ERAT

HOTTINGERUS

NOSTER

EAM QUOMODOCUNQUE ABSOLUTAM

GRATO ANIMO OBTULIT

DISCIPULUS

IO. CASP. ORELLIUS.

PRAEFATIO.

Basileae nuper cum molestissimo, sed necessario munere una cum Baitero, Voegelino et Hornero, civibus atque amicis meis, fungerer, ut ex auctoritate publica iuratus aestimarem Academiae illius bibliothecam, cuius pretium, non libri, inter Basileenses rusticanos et oppidanos, domesticis turbis iamdudum ab se alienatos atque in duas civitates distractos, pro rata portione dividendum erat, per horas subsecivas id unum egi, ut Velleii Codicem Amerbachianum accuratius inspicerem atque cum Editione principe conferrem. Est is chartaceus, forma maxima, admodum legibilis, optime conservatus hancque habet subscriptionem:

Tertio Eid. Aug. MDXVI
Basileiae (sic) *In edib.* (sic) *suis*
Bo. Amerbacch (sic)
Θεσμὸν ἔρως οὐκ οἶδε βιημάχος

Fuerunt, qui crederent hoc ipsum exemplar traditum esse operis Frobenianis, ex quo Editio princeps anni M.D.XX. exprimeretur, adeoque hoc illud esse, quod Rhenanus „properanter atque infeliciter ab amico quodam descriptum" conqueritur in dedicatione (pag. 3.). Atque verum est Amerbachium natum anno M.CCCC.XCV.*), annorum unius et viginti adolescentem, cum Codicem Murbacensem descripsit, Rhenani fuisse discipulum, ut didici ex quadam eius epistola anno M.D.XX. ad praeceptorem missa et Basileae hodieque asservata. Verumtamen ei, quam tetigi, suspicioni permulta obstant: absunt enim Libri primi capita octo priora; nec vero abscissa sunt folia, in quibus illa exarata fuisse aliquis putet, sed illis consulto omissis inde a capite nono Velleii curam describere satis habuit; nullum inest vestigium vel correctionum a Rhenano factarum vel eiusdem annotationum; nulla typothetarum signa, quibus etiamtunc, ut vidi in Codice, e quo Erasmi Novum Testamentum anno M.D.XVI. expressum est, plagularum finem notabant; nullae sordes, quibus chartae, quae eiusmodi operis traduntur, inquinari solent; praeterea bis omissi sunt versus integri**), quos habet Rhenanus; et, quod maius est, inter multos errores feliciter ab Rhenano correctos habet tot tamque egregias lectiones, ut, quomodo omnino a primo editore cum peioribus permutari potuerint, hoc ipsum exemplar si ante oculos habuisset, exputare nequeamus. Quid, quod perraro eiusmodi

*) Mortem obiit anno M.D.LXII.

**) Lib. II. C. 95, 3 et 104, 4.

exemplaria typographis tradita a posteris conservantur? quippe quae truncа plerumque ac sordibus obsita nullius iam usus existimentur.

Ex his omnibus, ut opinor, satis liquet exemplar illud „properanter atque infeliciter descriptum" prorsus aliud fuisse atque hoc nostrum Amerbachianum. Utrum autem itidem ab Amerbachio, et quidem, ut fit, propter taedium laboris negligentius quam prius, an ab alio Rhenani amico illud, quod Selestadium transmissum est, exaratum sit, id vero iam definiri nequit.

Sed quonam tandem consilio inductus Amerbachius Codicem Murbacensem descripsit? Videbat ille, nisi me fallit animus, fore, ut Rhenano alium Codicem integriorem ubique conquirente per complures annos extraheretur editio. Nihilominus tamen scriptore tam venusto ipse quoque interea uti volebat, adeoque, cum praeceptor describendi copiam fecisset ea fortasse condicione, domi ut librum teneret, alacriter rem aggressus ad finem perduxit.

Iam vero Amerbachiani exemplaris ope id lucrati sumus, ut in posterum aliquanto solidiore fundamento nitatur tota κρίσις Velleiana, quae adhuc prorsus dubia erat atque incerta. Singulatim autem ut recenseam commoda, quae inde ad scriptorem redundarunt, ad haec fere capita referenda duco:

I. Loci praeclare emendati et suppleti, vel etiam eiusmodi corruptelis deturpati, ex quibus tamen vera

lectio ultro prodeat: Lib. I. 9, 6. 14, 2. II. 16, 4. 26, 1 33, 1. 105, 2.

II. Firmatae VV. DD. coniecturae egregiae: Lib. II. 15, 2. 26, 3. 27, 5. 38, 6. 47, 3. 57, 1. 120, 2.

III. Tacitae Rhenani interpolationes detectae: Lib. I. 9, 3 et 6. II. 49, 5. 78, 1. 85, 5. 112, 2. 128, 1.

IV. Rursus monstrat complura ab Rhenano tacite, et recte quidem, mutata esse, in quibus Burerius Codicis Murbacensis lectiones non enotavit; et cum interdum confirmetur Burerii auctoritas, interdum etiam emendantur errores vel ab ipso vel ab operis in Appendice Editionis principis commissi; id quod tamen ex probabilitate sola diiudicari potest.

V. Scripturae ratione antiquiore Velleium usum esse clarius significat quam Editio Rhenaniana, quamvis ea in re sibi minime constet. Nam habet *omnis* et *omnes* accus. plural.; semel *vireis; regi* pro *regii; ingeni*, *imperi* et *ingenii*, *imperii;* semel etiam *is* pro *iis; aput* et *apud, haut* et *haud; intellego* et *intelligo; adque* pro *atque; maxumum; vivos* pro *vivus; kavente; aecuum.*

Nec vero in praebendo mihi Amerbachiano exemplari substitit bibliotheca Basileensis; sed praeterea inveni in ea Editionis principis exemplar, cuius margini Sigismundus Gelenius, criticus etsi interdum audacior, tamen sagacissimus, a quo curatam esse illam merito celebratissimam Editionem Basileensem anni M. D. XLVI.

inter viros eruditos nunc constat, nitidissime adscripsit cum omnes Codicis Murbacensis varias lectiones a Burerio in Appendice memoratas, tum Burerii suspiciones, tum denique proprias suas coniecturas, quarum pleraque recepit in Editione a se curata, nec tamen omnes. Etenim nonnullas, et interdum praeclaras, occupatas postea ab Ursino, Aldo, aliis, ille nescio quo pudore deterritus praetermisit.

Cum in Montefalconii Biblioth. Bibliothecc. T. II. p. 1014. D. (N. 6571) Seebodius repperisset: *Velleium Paterculum cum libro Mssto collatum a Petro Pithoeo*, suspicatus eundem Codicem fortasse esse cum illo, quem nescio unde memorat Labbeus Bibl. nov. Mss. p. 167. (cfr. Krause Praefat. p. 49.), Hasium V. C. statim adiit, quo ea de re certior fieret. Verum is rescripsit librum illum Pithoei una cum M.DC. aliis anno M.DCC.XXXII. ex bibliotheca Colbertina non in Regiam, sed in Tabularium negotiorum exterorum (*Dépôt des affaires étrangères*) translatum; per turbas autem civiles Sec. XVIII. exeuntis Tabularium illud partim spoliatum, partim misere dissectum esse, ita ut quamvis diligenter investigatus N. ille 6571. reperiri nequiverit. Cfr. Seebodii Bibliothecam crit. a. M.DCCC.XIX. p. 724.

Magno opere sane dolendum esset, si Pithoeus Velleii Codice a Murbacensi diverso usus, a scriptore edendo vel ipse abstinuisset vel tale repertum cum amicorum nemine communicasset. Verum cum nullum omnino eius rei vestigium extet in tot Sec. XVI. philologorum curis atque epistolis, equidem potius reor, Pithoeum, cum

perspexisset sine Burerii appendice Velleium ne legi quidem sincere, nedum critice tractari posse, idem prorsus fecisse ac Gelenium, id est, editioni nescio cui adscripsisse Cod. Murbacensis varietatem a Burerio enotatam. Sic libri Pithoeani desiderium per se iustissimum mihi quidem leniendum duxi.

Iam cum Fortuna secunda rem ita composuisset, ut Turicum possideret duo exemplaria Editionis principis, alterum notatum XXVI. 36., alterum R. 81., Basilea illud, quod olim Gelenii fuerat, quartum Meierus meus, etiam dubitatio de exemplorum discrepantia amoveri tandem potuit.

Cuius quidem falsa opinio adeo torsit Krausium, ut in Praefatione (pag. 62.) haec scriberet: „Iterata vice Editio princeps exscripta esse videtur, ut duplex eius exstaret editio. Ruhnkenio enim ad manus erant bina eius exempla inter se in locis II. 67, 1. et 78 extr. discrepantia. Novum enim et recenter inventum Velleii opus ut statim emeretur et legeretur, mirum non erat. Itaque exemplarium penuria emendi cupidis non sufficiente factum esse videtur, ut antequam typi discuterentur, Frobenius iterum Velleium levi ex Codice correctione adhibita (nam alterum exemplar respondebat Codicis lectioni) excudendum curaret. Ruhnkenius utrumque exemplum ubique contulisse non videtur; at operae pretium est indagare, alterumne altero sit emendatius et lectionem habeat Codici magis consentaneam."

Omnis autem diversitas, quam instituta quattuor exemplarium comparatione notavi, huc redit:

1) pag. 3. v. 11. *Chalcide Erethryam*] Turic. XXVI. 36. *Chalcida Erethriam* Turic. R. 81. Basil. Meier.

2) pag. 30. in marg. *al's* destituerit, nisi paulo ante velis legere obtinebant*] Turic. utrumque. Meier. Absunt haec a Basil.

3) pag. 40. v. 7. ab ima pag. *ne deflere*] Turic. utrumque. Meier. *nec deflere* Basil.

4) pag. 45. v. 8. *fuste*] Turic. utrumque. Meier. *fusti* Basil.

5) pag. 68. marg. v. 9. *Tacitus Rhescuporim*] Turic. utrumque. Meier. *Tacitus Rescuporim* Basil.

6) In Burerii Appendice critica pag. 1. v. 4. *erratulum*] Turic. XXVI. 36. Meier. *erratulum* Turic. R 81. Basil.

Ergo, uti cognitum nunc habemus, dum exprimuntur singulae plagulae, in dimidia fortasse aut tertia exemplorum parte nonnulla, et paucissima quidem, editoris iussu mutata sunt. Quod si postea plures discrepantias alius inter alia Editionis principis exempla reppererit, is ne me negligentiae insimulet caveat, verum cogitet perfacile fieri posse, ut in aliis praeter quattuor illa a me collata aliae insint correctiones; nec tamen admodum veri simile est eas multo crebriores aut maioris esse momenti quam quas ego animadverti. Cum autem plagulae correctae vario modo cum ceteris permiscerentur, fieri debuit, ut ita variarent, quemadmodum vides ex tabula proposita: cum scilicet sex locis inter se differant Turic. XXVI. 36. et Basil., inter utrumque fluctuant et Turic. R. 81. et Meierianum. Quod denique attinet ad Editionem Frobenianam Scriptorum historiae Augustae

anni M.D.XVIII. memoratam a Schweigero T. III. p. 1294., in cuius indice interdum haec leguntur: „C. Velleius Paterculus historicus antiquissimus .T. Livii illius aequalis nuper a Beato Rhenano Murbaci inventus, quem item (*scil. ut Agathiam*) seorsim excudimus, ut operi vel addi vel demi possit pro cuiusque lubito:" equidem ego totam rem sic interpretor: aut Rhenanus iam anno M.D.XVIII. pollicitus erat Frobenio, in eius officina expressum iri Velleium, qua spe fretus illa verba indici inseruit; sed cum per biennium integrum istud inceptum extraheretur, interim typographus praemisit exemplis indicem, in quo nulla Velleii fiebat mentio, cuius generis est Turicense R. 128.; aut anno demum M.D.XX. exemplis nondum divenditis index ille, in quo Velleius memoratur, praepositus est; nequaquam vero scriptor noster iam anno M.D.XVIII. publici iuris factus est, sed biennio post.

Quod autem meum ad inceptum pertinet, hoc secutus sum consilium, ut ipsum Codicem Murbacensem, quoad eius fieri posset, restituerem: ita quidem ut fundamenti loco posito exemplo Amerbachiano id ex Burerii annotationibus corrigerem, ubicunque veri simile erat rectius accuratiusque ab hoc lectum esse ἀρχέτυπον. Praeterea enotavi integram lectionem Amerbachianam (*A*), Burerianam (*B*), Editionis principis (*P*), Gelenianae (*b*), Ruhnkenianae (*R*); superaddidi coniecturas VV. DD., quotquot qualemcunque propter causam memoratu dignae videbantur; omnes enim exhibere nihil prorsus attinebat. Salmasii suspiciones, quas interdum commemoravi, desumptae sunt ex Seebodii Bibliotheca critica a. 1828. N. 36. p. 287. In margine autem interiore eae, quas

aut recipiendas duco aut aptas saltem ad sententiam scriptoris obscuratam dilucidandam, collocatae sunt.

Velleio porro subiunxi Salustii orationes atque epistolas ex historiarum libris deperditis, expressas e Codice Vaticano N. 3864. Sec. X. summa fide mihi descripto a Theodoro Heyse, viro amicissimo et officiosissimo. Videlicet cum hunc inter omnes longe optimum esse compertum habeam, optabile videbatur, ut tandem cum Salustii amatoribus fideliter communicaretur. Praeterea clariorem etiam quam Velleii Codex praebet criticis imaginem codicum Latinorum antiquiorum, depravationum in primis quibus referti sunt, ita, ut adolescentes praesertim, atque etiam provectiores, qui codicibus uti ipsi non possunt, per totum hunc librum eorum instar inveniant, cuius ope se ad emendandos ex coniectura Latinos scriptores sedulo praeparent.

In omni autem hac cura, ut in aliis, magno opere adiutus sum a Baitero meo, qui vigilanter atque amantissime, quaecunque scripseram, examinavit, priusquam operis committerentur. Sauppius item et Halmius amicissimo animo me iuvarunt.

D. Turici Kal. Novembr. M.DCCC.XXXIV.

IO. CASP. ORELLIO,

Velleii Paterculi Editori, V. Ill.

P. S. D.

ALB. LION.

Literis, quas d. VIII. Nov. a. exacti ad me dedisti, quibus quidem de ratione plagularum corrigendarum mecum tractavisti, id mihi concessisti, ut, si quae in Velleio legendo ad scriptorem emendandum mihi in mentem venerint, annotationibus quidem Tuis non intersererem, in fine tamen meo nomine adderem. Qua mihi data abs Te venia vel propterea magnopere delectatus sum, quod aliquam Te ponere in me fiduciam inde intellexi. Quoniam vero, ne ab eo, quod mihi propositum erat, ut scriptura Tua quam accuratissime fieri posset redderetur (quod utinam mihi perfectissime contigisset!), abstraherer, omnis opera in negotio tam lubrico collocanda erat, paucula tantum sese mihi obtulerunt, quae huic paginae, vacuae relictae, tradere ausus sum; quorum si vel unum haud plane spernendum censueris, nihil mihi contingere poterit gratius acceptiusque. Vale.

P. 6. v. 19. Quam proponit praepositionis *in* repetitionem Baiterus Tuus, V. Cl., eius causam nullam esse crediderim. In talibus enim ante pron. relat. omitti interdum praepositiones, exempla a Grammaticis allata comprobant. Hunc igitur locum istis exemplis esse addendum facile apparet. Usus Graecus est. Vid. Heind. ad Plat. Phaedr. p. 91. Stallb. ad Plat. Phil. p. 34. Ast. ad Plat. Legg. p. 108. Bernhard. Syntax. p. 203 sq.

P. 12. v. 6. Num forte legend. *feliciter e vita emigrare?* cf. Cicer. de Legg. 2, 19, 48.

P. 68. v. 18. *Haud laud.* mirifice mihi placet. Facile *haud* ante *laud.* excidere potuit. Num vero fieri etiam potuit, ut litera *m* vocis *integritatem* absorberet *n* pro *non* scriptum, ita ut legend. sit: *non laud.?*

P. 76. v. 11. An fortasse scribend. *praeposuit?*

— 80. — 12. Quid si pro *id id* scripseris *illud?*

— 135. — 15. In mentem mihi venit: *qui fort. mut. est deus.*

C. VELLEI PATERCVLI HISTORIAE ROMANAE AD M. VINICIVM COS.

PRIVS VOLVMEN MVTILVM.

EXEMPLAR RHENANI CORRECTVM EX BVRERII LECTIONIBVS.

1 I. TEMPESTATE distractus a duce suo Nestore Metapontum condidit. Teucer non receptus a patre Telamone ob segnitiam non vindicatae fratris iniuriae, Cyprum adpulsus cognomine patriae suae Salamina constituit. Pyrrhus Achillis filius Epirum occupavit. Philippus Ephyram
2 in Thesprotia. At rex regum Agamemnon tempestate in Cretam insulam reiectus tres ibi urbes statuit, duas a patriae nomine, unam a victoriae memoria, Mycenas, Tegaeam, Pergamum. Idem mox scelere patruelis fratris Aegisti haereditarium exercentis in eum odium et facinore
3 uxoris oppressus occiditur. Regni potitur Aegistus per annos VII. Hunc Orestes matremque socia consiliorum omnium sorore Electra, virilis animi femina, obtruncat. Factum eius a diis comprobatum spatio vitae et felicitate imperii apparuit; quippe vixit annis XC., regnavit LXX.

EXEMPLAR CORRECTVM. 1. Epeus tempestate 4. cognominem 5. Phidippus 9. Tegeam 10. Aegisthi 11. Aegisthus

1. *tempestate*] PbR. *Epeus tempestate* Seebode.
4. *cognomine*] P. *cognominem* bR.
5. *Philippus*] Pb. *Phidippus* Aldus. R.
7. *reiectus*] PbR. *deiectus* Drakenborch.
9. *Tegaeam*] Pb. *Tegeam* R.
10. *Aegisti*] Pb. *Aegisthi* R.
11. *Aegistus*] Pb. *Aegisthus* R.

qui se etiam a Pyrrho Achillis filio virtute vindicavit. nam quod pactae eius Menelai atque Helenae filiae Hermiones nuptias occupaverat, Delphis eum interfecit. Per haec tempora Lydus et Tyrrhenus fratres cum regnarent in Lydia, sterilitate frugum compulsi sortiti sunt, uter cum parte multitudinis patria decederet. Sors Tyrrhenum contigit: pervectus in Italiam et loco et incolis et mari nobile ac perpetuum a se nomen dedit. Post Orestis interitum filii eius Penthelus et Tisamenus regnavere triennio.

1 II. Tum fere anno octogesimo post Troiam captam, centesimo et vicesimo quam Hercules ad deos excesserat, Pelopis progenies, quae omni hoc tempore pulsis Heraclidis Peloponnesi imperium obtinuerat, ab Herculis progenie expellitur. Duces recuperandi imperii fuere Teminus, Cresphontes, Aristodemus, quorum atavus fuerat. Eodem fere tempore Athenae sub regibus esse desierunt; quarum ultimus rex fuit Codrus Melanthi filius, vir non praetereundus; quippe cum Lacedaemonii gravi bello Atticos premerent respondissetque Pythius, quorum dux ab hoste esset occisus, eos futuros superiores, deposita veste regia pastoralem cultum induit, immixtusque castris hostium de industria, imprudenter † rixam · ncies interemptus
2 est. Codrum cum morte aeterna gloria, Athenienses secuta victoria est. Quis eum non miretur, qui his artibus mortem quaesierit, quibus ab ignavis vita quaeri solet?

9. Penthilus 14. Temenus 15. abavus 21. castris hostium, imprudenter, de industria rixam ciens, interemptus est. 24. iis

1. *qui*] PbR. *quin* Wopkens. Cfr. Hand ad Wopk. *Lectt. Tull.* p. 275. (*quibus* Halmius.)
2. *pactae eius*] PbR. *pactae ei* Aldus. Del. *eius* Hottingerus.
7. *pervectus*] PbR. *is pervectus* Munckerus.
9. *Penthelus*] Pb. *Penthilus* Ursinus. R.
14. *Teminus*] Pb. *Temenus* Lipsius. R.
15. *atavus*] PbR. *abavus* Scaliger.
16. *fere*] BR. *ferme* Pb.
22. *de industria, imprudenter rixam · ncies interemptus est*] B. (*de i. impr. rixanincies int. est* P. *de i. impr. rixam ciens int. est* Burer. b.) *de industria rixam ciens, imprudenter interemptus est* Acidalius. R. Leviore etiam transpositione turbatus hic locus restitui posse videtur, scilicet: *immixtusque castris hostium, imprudenter, de industria rixam ciens, interemptus est.* (*rixam iniiciens* Rhenanus.)
24. *Quis enim eum* Ruhnken. in Add.
24. *his*] PbR. *iis* O.

Huius filius Medon primus archon Athenis fuit. ab hoc posteri apud Atticos dicti Medontidae: sed hii insequentesque archontes usque ad Charopem, dum viverent, eum honorem usurpabant. Peloponnesi digredientes finibus Atticis Megaram mediam Corintho Athenisque urbem con-
3 didere. Ea tempestate et Tyria classis plurimum pollens mari in ultimo Hispaniae tractu, in extremo nostri orbis termino, insula circumfusam Oceano, perexiguo a continenti divisam freto Gadis condidit. Ab iisdem post paucos annos in Africa Utica condita est. Exclusi ab
Heraclidis Orestis liberi iactatique cum variis casibus, tum saevitia maris, quinto decimo anno sedem cepere circa Lesbum insulam.

1 III. Tum Graecia maximis concussa est motibus. Achaei ex Laconica pulsi eas occupavere sedes, quas nunc obtinent. Pelasgi Athenas commigravere: acerque belli iuvenis nomine Thessalus, natione Thesprotius, cum magna civium manu eam regionem armis occupavit, quae nunc ab eius nomine Thessalia appellatur, ante Myrmi-
2 donum vocitata civitas. Quo nomine mirari convenit eos, qui Iliaca componentes tempora de ea regione ut Thessalia commemorant. quod cum alii faciant, Tragici frequentissime faciunt, quibus minime id concedendum est: nihil enim ex persona poëtae, sed omnia sub eorum, qui illo tempore vixerunt, dixerunt. quod si quis a Thessalo Herculis filio eos appellatos Thessalos dicet, reddenda erit ei ratio, cur nunquam ante hunc insequentem Thessalum
3 ea gens id nominis usurpaverit. Paulo ante Aletes sextus ab Hercule, Hippotis filius, Corinthum, quae antea fuerat Ephyre, claustra Peloponnesi continentem, in Isthmo

2. hic 4. Peloponnesii 8. insulam 25. disserunt.

2. *hii*] P. *hic* Susius. *hi* b. *ii* R.
4. *Peloponnesi*] P. *Peloponnesii* bR.
7. *tractu*, *in extremo*] PbR. *tractu*, *extremo* Ruhnken.
8. *insula*] P. *insulam* Iunta. bR.
10. *condita*] PbR. *constituta* Ruhnk.
12. *circa*] PbR. *contra* Iani. *cepere Lesbum insulam circaque.* Heinsius. Sed cfr. Walchii *Emendatt. Liv.* p. 25.
17. *belli*] PbR. *bello* Gelenius.
25. *dixerunt*] PbR. *disserunt* O. (*dicunt* Cludius.)
28. *sextus*] PbR. *quintus* Lipsius.

condidit. Neque est quod miremur ab Homero nominari Corinthum: nam ex persona poëtae et hanc urbem et quasdam Ionum colonias iis nominibus appellat, quibus vocabantur aetate eius multo post Ilium captum conditae.

1 IV. Athenienses in Euboea Chalcide Erethryam colonis occupavere. Lacedaemonii in Asiam ac Nesiam. Nec multo post Chalcidenses orti, ut praediximus, Atticis, Hippocle et Megestene ducibus Cumas in Italia condiderunt. Huius classis cursum esse directum alii columbae antecedentis volatu ferunt, alii nocturno aeris sono, qua-
2 lis Cerealibus sacris cieri solet. Pars horum civium magno post intervallo Neapolim condidit. Utriusque urbis eximia semper in Romanos fides facit eas nobilitate atque amoenitate sua dignissimas. Sed aliis diligentior ritus patrii mansit custodia: Cumanos Osca mutavit vicinia. Vires autem veteres earum urbium hodieque magnitudo ostentat
3 moenium. Subsequenti tempore magna vis Graecae iuventutis abundantia virium sedes quaeritans in Asiam se effudit. nam et Iones duce Ione profecti Athenis nobilissimam partem regionis maritimae occupavere, quae hodieque appellatur Ionia, urbesque constituere Ephesum, Miletum, Colophona, Prienen, Lebedum, Myuntem, Erythram, Clazomenas, Phocaeam, multasque in Aegaeo atque Icario occupavere insulas, Samum, Chium, Andrum,
4 Tenum, Pharum, Delum aliasque ignobiles. Et mox Aeolii eadem profecti Graecia longissimisque acti erroribus non minus inlustres obtinuerunt locos clarasque urbes condiderunt, Smyrnam, Cymen, Larissam, Myrinam Mytilenemque et alias urbes, quae sunt in Lesbo insula.

5. Chalcida et Eretriam 6. in Asia Magnesiam 8. Megasthene 14. illis 22. Myuntem, Teum, Erythram 25. Parum

5. *Chalcide Erethryam*] Princeps prima. *Chalcida Erethriam* Princeps altera. *Chalcida et Eretriam* b. *Chalcida, Eretriam* R.

6. *in Asiam ac Nesiam*] P. *in Asia Magnesiam* bR.

8. *Megestene*] P. *Megasthene* bR.

14. *aliis*] PbR. *illis* Ruhnk. Nihil frequentius hac confusione, etiam in poëtis. Sic apud Lucretium 5, 13. pro recto *Confer enim divina aliorum reperta* nonnulli *illorum.*

17. *Graecae*] BbR. *Graeciae* P.

22. *Myuntem*] PbR. *Myuntem, Teum* Vossius.

25. *Pharum*] P. *Parum* bR.

28. *Larissam*] PR. *Autissam* b.

29. *Mytilenemque*] Pb. *Mitylenenque* R. Ibid. del. *urbes* Ruhnk.

1 V. Clarissimum deinde Homeri inluxit ingenium, sine exemplo maximum, qui magnitudine operis et ful-
2 gore carminum solus appellari poëta meruit; in quo hoc maximum est, quod neque ante illum, quem ille imitaretur, neque post illum, qui eum imitari possit, inventus est. neque quenquam alium, cuius operis primus auctor fuerit, in eo perfectissimum praeter Homerum et Archi-
3 lochum reperiemus. Hic longius a temporibus belli, quod composuit, Troici, quam quidam rentur, abfuit. nam ferme ante annos DCCCCL. floruit, intra mille natus est. Quo nomine non est mirandum, quod saepe illud usurpat. hoc enim ut hominum, ita seculorum notatur differentia. quem si quis caecum genitum putat, omnibus sensibus orbus est.

1 VI. Insequenti tempore imperium Asiaticum ab Assyriis, qui id obtinuerant annis M. LXX., translatum est
2 ad Medos, abhinc annos ferme DCC. LXX. quippe Sardanapalum eorum regem mollitiis fluentem et nimium felicem malo suo, tertio et tricensimo loco ab Nino et Semiramide, qui Babylona condiderant, natum, ita ut semper successor regni paterni foret filius, Pharnaces Medus imperio vita-
3 que privavit. Ea aetate clarissimus Grai nominis Lycurgus Lacedaemonius, vir generis regii, fuit severissimarum iustissimarumque legum auctor et disciplinae convenientissimae vir, cuius quam diu Sparta diligens fuit, excel-
4 sissime floruit. Hoc tractu temporum ante annos quinque

11. usurpat: οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν. hoc 16. DCCCLXX. 20. Arbaces 24. virtuti

5. *possit*] PbR. *posset* Aldus et Edd. recentiores. Sed *possit* significat, „etiamnunc neminem eiusmodi extare."

11. *usurpat*] Pb. *usurpat*, οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν. Ursinus. R.

16. DCC. LXX.] PbR. DCCCLXX. Lipsius.

18. *tricensimo*] B. *tricesimo* bR. *trecentesimo* P.

20. *Pharnaces*] Pb. *Arbaces* Georgius Fabricius. R.

21. *Grai*] P. *Graii* bR.

22. Totum locum sic constituit Huth: — *regii*, *sicut severissimarum* — — *convenientissimae fuit*, *cuius* cet. Sed Velleius cum septies decies (Lib. I. 5. 7. 17. II. 6. 10. 11. 15. 29. 31. 34. 36. 39. 79. 92. 102. 119. 125.) habeat *ut* — — *ita*, bis *ut* — — *et* (etiam) II. 117. 125., semel *ut* — *nec* II. 129. ne semel quidem aut *sicut* — — *ita* aut *sicut* — *et*.

24. *vir*] PbR. *virtuti* Heinsius. (Litterae *tuti* absorptae a seqq. *cui*.) (*viris* Lipsius. *viribus* Ruhnk. Del. *vir* Acidalius. Hottingerus.)

et sexaginta quam urbs Romana conderetur, ab Elissa Tyria, quam quidam Dido autumant, Carthago conditur. Circa quod tempus Taronus, vir generis regii, sextus decimus ab Hercule, profectus Argis regnum Macedoniae occupavit; a quo Magnus Alexander cum fuerit septimus decimus, iure materni generis Achille auctore, paterni Hercule gloriatus est. Aemilius Sura de annis P. Romani: Assyrii principes omnium gentium rerum potiti sunt, deinde Medi, postea Persae, deinde Macedones. Exinde duobus regibus Philippo et Antiocho, quia Macedonibus oriundi erant, haud multo post Carthaginem subactam devictis summa imperii ad P. Romanum pervenit. Inter hoc tempus et initium regis Nisi Assyriorum, qui princeps rerum potitus, intersunt anni M. DCCCC. XCV.

1 VII. Huius temporis aequalis Hesiodus fuit, circa CXX. annos distinctus ab Homeri aetate, vir perelegantis ingenii et mollissima dulcedine carminum memorabilis; otii quietisque cupidissimus, ut tempore tanto viro, ita operis auctoritate proximus. qui vitavit, ne in id quod Homerus inciderat, patriamque et parentes testatus est; sed patriam, quia multatus ab ea erat, contumeliosissime. 2 Dum in externis moror, incidi in rem domesticam maximeque erroris et multum discrepantem auctorum opinionibus. nam quidam huius temporis tractu aiunt a Tuscis Capuam Nolamque conditam ante annos fere DCCC. XXX. 3 quibus equidem adsenserim. sed Marcus Cato quantum differt! qui dicat Capuam ab eisdem Tuscis conditam ac subinde Nolam; stetisse autem Capuam, antequam a Ro-

3. Caranus undecimus 7. *Inducenda haec*: Aemilius Sura — — — anni M. DCCCC. XCV. 10. qui a 13. Nini 20. incideret 22. maximique

3. *Taronus*] P. *Caranus* bR. Ibid. Vv. *vir generis regii* inducenda videntur Lipsio et Ruhnkenio.

3. *sextus decimus*] PbR. *undecimus* Wesseling.

7. Inducenda haec: *Aemilius Sura — — — anni* M. DCCCC. XCV. primus vidit Delbenius. (non Rhenanus, ut aiunt Krause p. XXXIV. et Cludius.)

10. *quia*] P. *qui a* bR.

13. *regis Nisi*] P. *regis Nini* Rhenanus. R. *Nini regis* b.

19. *in id quod*] PbR. *in id, in quod* Baiterus.

20. *inciderat*] P. *incideret* bR.

22. *maximeque*] P. *maximique* Rhenanus. bR.

manis caperetur, annis circiter CCLX. quod si ita est, cum sint a Capua capta anni CCXL., ut condita est, anni sunt fere D. Ego, pace diligentiae Catonis dixerim, vix crediderim tam mature tantam urbem crevisse floruisse, concidisse resurrexisse.

VIII. Clarissimum deinde omnium ludicrum certamen et ad excitandam corporis animique virtutem efficacissimum Olympiorum initium habuit, auctorem Iphitum Elium. Is eos ludos mercatumque instituit ante annos, quam tu, M. Vinici, consulatum inires, DCCCXXIII. Hoc sacrum eodem loco instituisse fertur abhinc annos ferme MCCL. Atreus, cum Pelopi patris funebres ludos faceret; quo quidem in ludicro omnisque generis certaminum Hercules victor extitit. Tum Athenis perpetui archontes esse desierunt, cum fuisset ultimus Alcmaeon, coeperuntque in denos annos creari: quae consuetudo in annos LXX. mansit ac deinde annuis commissa est magistratibus res publica. Ex iis, qui denis annis praefuerunt, primus fuit Charops, ultimus Erix. ex annuis primus Creon. Sexta Olympiade post duo et viginti annos quam prima constituta fuerat, Romulus Martis filius ultus iniurias avi Romam urbem Parilibus in Palatio condidit. a quo tempore ad vos Coss. anni sunt DCCCCLXXX . L. Id actum post Troiam captam annis CCCCXXXVII. Id gessit Romulus adiutus legionibus Latini avi sui. Libenter enim his, qui ita

10. DCCCIII. 12. patri 19. Eryxias 23. D. CC. LXXXI. 25. Latinis 25. iis

10. DCCCXXIII.] PbR. DCCCIII. Laurent. DCCCXIII. Krause.

12. *patris*] P. *patri* bR.

13. *omnisque generis*] PR. *omnis generis* b. *luctae omnisque generis* Ruhnk. Volgatam ita Grunerus explicavit: „quo quidem in ludicro Hercules victor extitit, et omnis quidem generis certaminum": ut *quidem* iterare nolnerit. Ego tamen cum Baitero praefero Gelenii correctionem; nec desunt exempla partic. *que* perperam intrusae. v. c. Tacit. Ann. 6, 19. *aurariasque* pro *aurarias*.

19. *Erix*]Pb.*Eryxias*Meursius.R.

23. D. CCCC. LXXX. L.] Sic Editio princeps in utroque exemplarium genere, non ut ait, etsi αὐτόπτης, Laurent. p. 80: D. CCC. LXXXL. DCCLXXXI. Gelenius in sui exempli margine sub altera prava coniectura ab eo in Edit. Basil. 1546. recepta: DCCLXXXV. (non ut ait Ruhnkenius: DCCCCLXXXV.) In eundem annum 781. coniectura incidit etiam Laurent. DCCLXXXII. R. DCCLXXXIII. (ex aera Varroniana) Krause.

25. *Latini*]PbR. *Latinis* Lipsius.

25. *his*] PbR. *iis* O.

prodiderunt, accesserim, cum aliter firmare urbem novam tam vicinis Veientibus aliisque Etruscis ac Sabinis cum
6 imbelli et pastorali manu vix potuerit, quamquam iam asylo facto inter duos lucos auxit. Hic centum homines electos appellatosque Patres instar habuit consilii publici.
5 Hanc originem nomen patriciorum habet. Raptus virginum Sabinarum * * * * * * Nec minus clarus ea tempestate fuit Miltiadis filius Cimon. * * * * * * * * * * *

EXEMPLAR AMERBACHII CORRECTVM EX BVRERII LECTIONIBVS.

Fragmentum Primi libri Vellei Paterculi.

1 * * * * IX. quam timuerat hostis, expetit. Nam biennio adeo varia fortuna cum consulibus conflixerat, ut plerumque superior fuit magnamque partem Graeciae in
2 societatem suam perduceret. Quib. Rhodii quoque, fide-
15 lissimi antea Romanis, tum dubia fide speculati fortunam primores regis partibus fuisse visi sunt. et rex Eumenes in eo bello medius fuit animo, neque fratris initiis ne-
3 que suae respondit consuetudini. Tum senatus populusque Romanus L. Aemilium Paulum, qui et praetor et cos.
20 triumphaverat, virum in tantum laudandum, in quantum intellegi virtus potest, filium eius Pauli, qui ad Cannas,

3. quamquam eam asylo 14. fuerit 15. Quin 17. proniores 20. Romanus . . . . . L. Aemilium

3. *iam*] PbR. *eam* Heinsius.

4. *auxit*] PbR. *auxerit* Criticus Halensis 1817. N. 40. et Walterus. Rectius foret *auxisset*. Sed tempus historicum nullam habet difficultatem.

7. *Nec minus — Cimon*] Servavit haec Priscianus VI. p. 106. Etiam Cod. Turic. Sec. X. Velleio *Marci* praenomen tribuit.

13. *consulibus*] AR. *COSS.* Pb.

14. *fuit*] AB. *fuerit* PbR.

15. *perduceret*] APbR. *perduxerit* Lipsius. Cfr. Haud ad Wopkensii *L. T.* p. 373.

15. *quib.*] A. (*quibus* P.) *quin* bR. (*ex quibus* Herelius.)

16. *antea*] ABR. *ante* Pb.

17. *primores*] A. *proniores* PbR.

18. *fuit*] APbR. Suspectum Heinsio delevit Cludius.

22. *potest, filium*] A. *potest, consulem creavit, filium* PbR. (Est aperta Rhenani interpolatio, et ea quidem falsissima. Senatus enim nullae partes sunt in creando consule. Potius vv. *ei bello praefecit* vel *destinavit ei bello gerendo* (Cap. 12.) vel similia exciderunt post v. *Romanus* aut in fine clausulae.)

quam tergiversanter perniciosam reip. pugnam inierat, tam
4 fortiter in ea morte obierat. Is Persam ingenti praelio
apud urbem nomine Pidnam in Macedonia fusum fugatumque castris exuit, deletisque eius copiis destitutum
omni spe coëgit e Macedonia profugere, quam ille lin-5
quens in insulam Samothraciam profugit templique se religioni supplicem credidit. Ad eum Cn. Octavius PR., qui
classi praerat, pervenit et ratione magis quam vi per-
5 suasit, ut se Romanorum fidei committeret. Ita Paulus
maximum nobilissimumque regem in triumpho duxit. quo 10
anno et Octavi PR. navalis et Anitii regem Illyriorum
Gentium ante currum agentium triumphi fuere celebres.
6 Quam sit adsidua eminentis fortunae comes invidia altissimisque adhaereat, etiam hoc colligi potest, quod cum
Anitii Octavique triumphum nemo interpellaret, fuere, 15
qui Pauli impedire obniterentur. cuius tantum prioris excessit vel magnitudine regis Persei vel specie simulacrorum
vel modo pecuniae, ut bis miliens centiens sestertium
aerario contulerit, his et ante actorum comparationem
amplitudine vicerit. 20

1 X. Per idem tempus, cum Antiochus Epiphanes,
qui Athenis Olympicum inchoavit, tum regem Syriae

2. mortem 3. Pydnam 11. Anicii 12. agentis 15. Anicii 16. priores 22. Olympieum 22. rex

2. *morte*] AB. *mortem* PbR. Ibid. *Persam*] APR. *Perseum* b.
3. *Pidnam*] A. *Pydnam* PbR.
6. *profugit*] APbR. *perfugit* Iani.
11. *Anitii*] A. bis. *Anicii* PbR.
12. *agentium*] AP. *agentis* bR.
14. *etiam hoc*] APbR. *etiam ex hoc* vel *hinc* Gelenius.
16. *obniterentur*] APbR. *adniterentur* Acidalius. *conniterentur* Heinsius.
16. *prioris*] A. *priores omnis* O. *prioreis* PR. *priores* b.
18. *bis miliens centiens sestertium*] A. *bis milies centies S-II* P. *bis milies centies II-S* bR.
19. *contulerit, his et ante*] A. *contulerit his, et omnium ante* P. *contulerit, et omnium ante* bR. (Ex Rhenani interpolatione *omnium* bis idem dicitur. Contra ex nostra coni. *priores omnis* (pro A. *prioris*) et lectione A. prodit sententia Velleio digna: „*priores omnis* aliorum et *ante* a se *actos* vicit *his* omnibus rebus supra memoratis. ois autem facillime post syll. *ores* excidere poterat. Ceterum Lipsius *intulerit*. Contra Wopkens attulit Orosii 5, 18. verba: *nihil tamen Pompeius ex ea gente aerario contulit*. — Quin ipse Velleius rursus ita 2, 39, 2. *in aerarium contulit*.
22. *Olympicum*] AP. *Olympieum* Sylburg. R.
22. *regem*] APb. *rex* Aldus. R.

Ptolemaeum puerum Alexandriae obsideret, missus est ad eum legatus M. Popilius Laenas, qui iuberet incepto desistere, mandataque exposuit | ut regem deliberaturum se dicentem circumscripsit virgula iussitque prius responsum reddere, quam egrederetur finito harenae circulo. sic cogitationem regiam Romana disiecit constantia oboeditumque imperio. Lucio autem Paulo magnae victoriae compote quattuor filii fuere; ex iis duo natu maiores, unum P. Scipioni P. Africani filio, nihil ex paterna maiestate praeter speciem nominis vigoremque eloquentiae retinenti, in adoptionem dederat, alterum Fabio Maximo. duos minores natu praetextatos, quo tempore victoriam adeptus est, habuit. Istum in contione extra urbem more maiorum ante triumphum triumphi diem in ordinem actorum suorum commemoraret, deos immortalis precatus est, ut, si quis eorum invideret operibus ac fortunae suae, in ipsum potius saevirent quam in rempub. quae vox veluti oraculo emissa magna parte eum spoliavit sanguinis sui. Nam alterum ex suis, quos in familia retinuerat, liberis ante paucos triumphi, alterum post pauciores amisit dies. Aspera circa haec tempora censura Fulvi Flacci et Postumii Albini fuit, quippe Fulvi censoris frater, et quidem consors, Cn. Fulvius senatu motus est ab iis censoribus.

XI. Post victum captumque Persen, qui quadriennio

3. et regem 7. Macedonicae victoriae compoti 13. Is cum 14. ante triumphi diem ordinem 19. ex iis

1. *puerum*] APbR. Parum accurate totam rem narravit Velleius, cum Antiochus utrumque Ptolemaeum, Philometorem et Euergeten II. obsederit, nec tamen de mendo cogitandum.

2. *M. Popilius*] APbR. Aliis scriptoribus est *C. Popilius*.

3. *ut regem*] A. *et regem* PbR. (*mandata cum exposuisset, regem* Halmius.)

6. *cogitationem*] APbR. *contationem* Acidalius.

6. *oboeditumque*] A. *oboeditumque* PbR.

7. *magnae victoriae*] APbR. *Macedonicae victoriae* Ruhnk.

8. *compote*] AP. *compoti* bR.

8. *duo*] A. *duos* PbR.

13. *habuit*] APbR. *domi habuit* Ruhnk. Verum hoc ipsum, notante Baitero, inest in voc. *praetextatos*.

13. *Istum*] A. *Is cum* PbR.

14. *ante triumphum triumphi diem*] A. (deleto tamen v. *triumphi* (sic:) *ante triumphi diem* PbR.

14. *in ordinem*] A. *ordinem* PbR.

15. *actorum suorum*] ABbR. *suorum actorum* P.

19. *ex suis*] APR. *ex iis* Aldus. *ex his* b.

24. *Persen*] APR. *Perseum* b.

24. *quadriennio*] ABbR. *quadriennium* P.

post in libera custodia Albae decessit, Pseudophilippus a mendacio simulatae originis appellatus, qui se Philippum regiaeque stirpis ferebat, cum esset ultimae, armis occupata Macedonia, adsumpti regni insignibus brevi temeri-
2 tatis poenas dedit: quippe Q. Metellus PR., cui ex virtute Macedonici nomen inditum erat, praeclara victoria ipsum gentemque superavit, et immani etiam Achaeos rebellare
3 incipientis fudit acie. Hic est Metellus Macedonicus, qui porticus, quae fuerunt circumdatae duabus aedibus sine inscriptione positis, quae nunc Octaviae porticibus ambiuntur, fecerat, quique hanc turmam statuarum equestrium, quae frontem aedium spectant, hodieque maximum
4 ornamentum eius loci, ex Macedonia detulit. cuius turmae hanc causam referunt: Magnum Alexandrum impetrasse a Lysippo, singulari talium auctore operum, ut
5 eorum equitum, qui ex ipsius turma apud Granicum flumen ceciderant, expressa similitudine figurarum faceret statuas et ipsius quoque iis interponeret. Hic idem primus omnium Romae aedem ex marmore in iis ipsis monumentis molitus vel magnificentiae vel luxuriae princeps
6 fuit. Vix ullius gentis aetatis ordinis hominem inveneris, cuius felicitatem fortunae Metelli compares. Nam praeter excellentis triumphos honoresque amplissimos et principale in rep. fastigium extenuatumque vitae spatium et acris innocentisque pro rep. cum inimicis contentiones,

4. adsumptis 20. molitus huius vel 24. extentumque

4. *adsumpti*] APb. *adsumptis* Burer. R.

6. *inditum erat*] APR. *inditum* b. *inditum est* Vossius. (Velleius aliquanto negligentius scripsit, cum sic fere rem animo complexus esset: „cui ex virtute Macedonici nomen aliquando, (scilicet post victoriam) inditum erat.")

8. *incipientis*] A. *incipientes* PbR. (*et immane! etiam Achaeos rebellare incipientes* Salmasius.)

9. *fuerunt*] A. *fuere* PbR.

10. *positis, quae nunc*] APbR. *positis, nunc* Ruhnk., ut sit parenthesis.

15. *impetrasse a Lysippo*] APb. *imperasse Lysippo* Salmasius. Rursus Freinshemius. R.

15. *auctore*]APb. *auctori* Freinshemius. R.

20. *molitus vel*] APbR. *molitus huius vel* Ruhnk.

23. *excellentis*] A. (et mox: *acris innocentisque* atque sic saepissime, ut monstrat nostra Editio.) *excellenteis* PbR.

24. *extenuatumque*] AP. *extentumque* bR.

quattuor filios sustulit, omnis adultae aetatis vidit, omnis
7 reliquit superstites et honoratissimos. mortui eius lectum
pro Rostris sustulerunt quattuor filii, unus consularis et
censorius, alter consularis, tertius consul, quartus candi-
datus consulatus, quem honorem adeptus est. Hoc est
nimirum magis feliciter de vita immigrare quam mori.

1 XII. Universa deinde, ut praediximus, instincta in
bellum Achaia, cum pars magna eiusdem Metelli Mace-
donici virtute armisque tracta erat, maxime Corinthiis in
arma cum gravibus etiam in Romanos contumeliis insti-
2 gantibus, destinatus ei bello gerendo COS. Mummius. Et
sub idem tempus magis, quia volebant Romani, quicquid
de Carthaginiensibus diceretur, credere, quam quia cre-
denda adferebantur, statuit senatus Carthaginem excidere.
3 Ita eodem tempore P. Scipio Aemilianus, vir avitis P.
Africani paternisque L. Pauli virtutibus simillimus, omni-
bus belli acto ac togae dotibus ingenique ac studiorum
eminentissimus seculi sui, qui nihil in vita nisi laudan-
dum aut fecit aut dixit ac sensit, quem Paulo genitum,
adoptatum a Scipione Africani filio diximus, aedili-
4 tatem petens COS. creatus est. Bellum Carthagini iam ante
biennium a prioribus COSS. inlatum maiore vi intulit, cum
ante in Hispania murali corona, in Africa obsidionali do-

6. migrare 8. cuius 9. fracta 17. belli ac togae artibus dotibusque ingeni ac

1. *quattuor*] A. bis. *quatuor* PbR.
3. *quattuor filii*] APbR. Del. censuit Cuperus et Ruhnk.
5. *adeptus est. Nimirum*] A. superscr. *hoc est.*
6. *immigrare*] A. *migrare* PbR.
7. *Universa*] APR. *Universale* b.
7. *instincta*] APbR. *incensa* Gelenius.
8. *cum pars*] AbP. *cuius pars* Gelenius. Aldus. R.
9. *tracta*] APb. *fracta* Gelenius. Aldus. R.
13. *Carthaginiensibus*] ABbR. *Carthaginensibus* P.
13. *diceretur*] BbR. *dicebatur* AP.
15. Vv. *eodem tempore* suspecta Raphelengio et Grunero coniicienti *itaque in tempore.* Sed levis potius inest scriptoris negligentia quam librariorum culpa.
17. *belli acto ac togae dotibus ingenique ac*] A. (scil. v. *dotibus* superscr.) *belli ac togae dotibus ingeniique ac* PbR. *belli ac togae artibus dotibusque ingenique ac* O. (Sic scil. melius intelligitur, cur exciderit *artibus* ante voc. simile *dotibus* quam in Ruhnkenii coni.: *belli ac togae artibus ingeniique ac studiorum dotibus eminentissimus.*)
19. *ac sensit*] APbR. *aut sensit* Aldus.
21. *est. Bellum*] APbR. *est. Is bellum* Ruhnk.

natus esset, in Hispania vero etiam ex provocatione ipse modicus virium, inmanis magnitudinis hostem interemisset: eamque urbem magis invidia imperii quam ullius eius temporis noxiae invisam Romano nomini funditus sustulit fecitque suae virtutis monimentum, quod fuerat avi eius clementiae. Carthago diruta est, cum stetisset annis DCLXVI., abhinc annos CLXXVII. Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio COSS. Hunc finem habuit Romani imperii Carthago aemula, cum qua bellare maiores nostri coepere Claudio et Fulvio COSS. ante annos CCXCVI. quam tu, M. Vinici, consulatum inires. Ita per annos CXV. aut bellum inter eos populos aut belli praeparatio aut infida pax fuit. Neque se Roma iam terrarum orbi superato securam speravit fore, si mo^{nim} usquam stantis maneret Carthaginis: adeo odium certaminibus ortum ultra metum durat et ne in victis quidem deponitur: neque ante invisum esse desinit, quam esse desiit.

XIII. Ante triennium quam Carthago deleretur, M. Cato perpetuus diruendae eius auctor L. Censorino M. Manlio COSS. mortem obiit. Eodem anno, quo Carthago concidit a Mummius Corinthum post annos DCCCCLII. quam

7. DCLXVII. 10. CCXCII. 13. orbe 14. si monimentum 20. M'. Manilio 21. concidit, L. Mummius

3. *ullius eius temporis noxiae*] APbR. *ulla eius temporis noxa* Gruterus. *ulla illius temporis noxia* Salmasius. *ullis eius temporis noxis* Acidalius. Sed quidni hic quoque genitivus pendeat a v. *invidia?* Nec vero amovenda forma *noxia* a Livio, Tacito, aliis usurpata.

5. *monimentum*] BR. *monumentum* APb.

7. DCLXVI.] A. DCLXVII. PbR. Laurent. DCLXXII. Iani.

7. CLXXVII.] BR. Laurent. CCLXXVII. APb. CLXXV. Krause.

10. CCXCVI.] APbR. CCXCII. Laurent. CCXCIII. Krause.

11. CXV.] APbR. Laurent. CXVIII. Krause.

13. *orbi*] A. *orbe* PbR.

14. *si mo^{nim} usquam*] A. *si monimentum usquam* Baiterus. *si nomen usquam* PbR.

17. *invisum esse desinit*] APbR. *invisa esse desiit* Lipsius. Sed hoc quamquam a Ruhnkenio probatum duplici laborat incommodo. Namque et per se minus probabile est, et post γνώμην minus concinne retrahimur ad Carthaginis vicissitudines. Quocirca inter vv. *desinit*, *quam* excidisse v. *quidquam* arbitror. Contra Baiterus meus volgatam ita defendit, ut ex v. *odium* cogitatione eliciendum h. l. censeat, *neque*, id, quod odimus, *ante invisum esse desinit, quam esse desiit.*

20. *M. Manlio*] APbR. *M'. Manilio* Aldus.

21. *a Mummius*] B. (*Amum-*

2 ab Elete Hipponis filio erat condita, funditus eruit. Uterque imperator devictae eas gentis nomine honoratus, alter Africanus, alter appellatus est Achaicus. Nec quisquam ex novis hominibus prior Mummio cognomen vir-
3 tute partum vindicavit. Diversis imperatoribus mores, diversa fuere studia: quippe Scipio tam elegans liberalium studiorum omnisque doctrinae et auctor et admirator fuit, ut Polybium Panaetiumque praecellentis ingenio viros domi militiaeque secum habuerit. neque enim quisquam hoc Scipione elegantius intervalla negotiorum otio dispunxit semperque aut belli aut pacis serviit artibus. Semper inter arma ac studia versatus aut corpus periculis aut
4 animum disciplinis exercuit. Mummius tam rudis fuit, ut capta Corintho cum maximorum artificum perfectas manibus tabulas ac statuas in Italiam portandas locaret, iuberet praedici conducentibus, si eas perdidissent, novas
5 eos reddituros. Non tamen puto dubites, Vinici, quin magis pro repub. fuerit manere adhuc rudem Corinthiorum intellectum quam in tantum ea intelligi, et quin hac prudentia illa imprudentia decori publico fuerit convenientior.

1 XIV. Cum facilius cuiusque rei in unum contracta species quam divisa temporibus oculis animisque inhaereat, statui priorem huius voluminis posterioremque partem non inutili rerum notitia in arctum contracta distinguere atque

1. ab Alete Hippotis 2. devictae a se gentis 5. Diversi

mius A. *A. Mummius* P.) *L. Mummius* Rhenanus. bR. *et Mummius* Herelius.

1. *ab Elete Hipponis*] A. *a Belete Hipponis* P. *ab Alete Hippotis* bR.

2. *eas*] A. *a se* PbR.

5. *Diversis*] A. *Diversi* PbR.

7. *admirator*] PbR. In A. sic est: *administrator* superscr. *admirator.*

11. Suspecta Ruhnkenio et Baitero vv. *semperque — — artibus*, Krausio vv. *semper — — versatus.* Neutra tamen ita comparata sunt, ut pro gloss. haberi queant. Post *pacis* Cludius inseruit *magis*; et ad sensum quidem recte, cum vv. *semperque — — artibus* utique pertineant ad comparationem aliorum cum Scipione, vv. autem *semper — — versatus* ad historicam narrationem. Verum ad eandem comparationem significandam sufficit v. *elegantius.*

17. *eos reddituros*] APb. *esse reddituros* Heinsius. R. (*eos* magis refert formularum sermonem.)

17. *dubites*] APbR. *dubitas* Salmasius.

huic loco inserere, quae quoque tempore post Romam a Gallis captam deducta sit colonia iussus senatus. nam militarium et causae et auctores et ipsarum praefulgent nomina. Huic rei per idem tempus civitates propagatas auctumque Romanum nomen communione iuris haud in-
2 tempestive subtexturi videmur. Post septem annos quam Galli urbem ceperunt. Sutrium deducta colonia est et post annum Setina novenque interiectis annis Nepe, deinde interpositis duobus et triginta Aricini et in civitatem re-
3 cepti. Abhinc annos autem CCCL. Sp. Postumio, Veturio Calvino COSS. Campanis data est civitas partique Samnitium sine suffragio. et eodem anno Cales deducta colonia. Interiecto deinde triennio Fundani et Formiani in civitatem recepti. eo ipso anno, quo Alexandria condita est.
4 insequentibusque COSS. a Sp. Postumio, Philone Publio censoribus Acerranis data civitas. et post triennium Tarracinam deducta colonia: interpositoque quadriennio Luceria ac deinde interiecto triennio Suessa Aurunca; et
5 Saticula Interamnaque post biennium. Decem deinde hoc munere anni vacaverunt: tunc Sora atque Alba deductae
6 coloniae et Carseoli post biennium. Ad quintum Fabioque Decio Mure quarto CONS., quo anno Pyrrhus regnare

2. iussu 3. ex ipsarum praefulgent nomine. 4. civitatem propagatam 8. Setia 8. Nepet 9. Aricini et ..... in 10. CCCLX. 15. ac Sp. 15. Publilio 21. At Q. Fabio quintum, Decio Mure quartum

2. *iussus*] A. *iussu* PbR.

3. *causae*] BR. *causa* APb.

3. *et ipsarum praefulgent nomina*] APbR. *ex ipsarum praefulgent nomine* Burmannus (non Heinsius, ut ait Ruhnk.)

4. *civitates propagatas*] APbR. *civitatem propagatam* Lipsius.

8. *Setina*] APbR. *Setia* Aldus.

8. *Nepe*] APbR. *Nepet* Vossius.

9. *Aricini et in*] A. *Aricini in* PbR. Cod. A. lectio arguit defectum, et eum quidem supplendum ex Livii verbis 8, 14.: *Aricini Nomentanique et Pedani eodem iure, quo Lanuvini in civitatem accepti.*

10. *CCCL.*] APbR. *CCCLX.* Laurent. *CCCLXII.* Krause.

15. *a Sp.*] APbR. *ac Sp.* Krause.

15. *Publio*] APb. *Publilio* Dukerus. R.

17. *Tarracinam*] APbR. *Tarracina* Lipsius.

21. *Ad quintum Fabioque Decio Mure quarto*] AP. *At Q. Fabio quintum* Rhenanus. *At quintum Fabio, Decio Mure quartum* bR. (Duplex error est in annotatione Ruhnkenii; primus, quod se recepisse ait correctionem Rhenani, quae est Gelenii; Rhenanus enim sic habet in margine: *At Q. Fabio quintum*, nihil aliud. Alter, quod in Burerii annotatione

coepit, in Suessam Minturnasque missi coloni, post quadriennium Venusiam; interiectoque biennio M. Curio et Rufino Cornelio COSS. Sabinis sine suffragio data civitas.
7 id actum ante annos ferme cccxx. At Cosa et Paestum abhinc annos ferme trecentos Fabio Dorsone et Claudio Canina COSS. Interiecto quinquennio, Sempronio Sopho et Appio Caeci filio COSS. Ariminum Beneventum coloni
8 missi. et suffragii ferendi ius Sabinis datum. At initio primi belli Punici Firmum et Castrum colonis occupata, et post annum Aesernia postque xxii. annos Aesulum et Alsium Fregellaeque anno post biennium proximoque anno Torquato Sempronioque COSS. Brundisium et post triennium Spoletium. quo anno Floralium ludorum factum est initium. Postque biennium ducta Valentia et sub adventum in Italiam Hannibalis Cremona atque Placentia.

1 XV. Deinde neque, dum Hannibal in Italia moratur, neque proximis post excessum eius annis vacavit Romanis colonias condere, cum esset in bello conquirendus potius miles quam dimittendus, et post bellum vires re-
2 fovendae magis quam spargendae. Cn. autem Manlio Volsone et Fulvio Nobiliore COSS. Bononia deducta colonia abhinc annos ferme ccxvii. et post quadriennium Pisaurum ac Potentia interiectoque triennio Aquileia et Gra-
3 visca et post quadriennium Luca. Eodem temporum tractu, quam apud quosdam ambigitur, Puteolos Falernumque

1. coepit, Sinuessam 2. M'. Curio 4. Cosam 11. Fregenaeque post 14. deducta 25. quamquam 25. Salernumque

exhibet: *ad qntum Fabioque Decio Mure Cons.*, cum apud Burerium sic sit: *ad quintum Fabioque decio mure quarto CONS.* in quibus nulla inest discrepantia cum AP. nisi quod hi *coss.*, non *cons.*)

1. *coepit in Suessam*] A. *coepit, Sinuessam* PbR.

2. *M. Curio*] APbR. *M'. Curio.* Fasti.

4. *cccxx.*] ABbR. *cccxxx.* P.

4. *Cosa*] AB. *Cossa* P. *Cossam* b. *Cosam* R.

5. *Dorsone et Claudio*] APR. *Dorsone, Claudio* b. (*Canina iterum Coss.* Fasti Capitolini.)

11. *Fregellaeque*] APbR. *Fregenaeque* Sigonius.

11. *anno post*] APR. *post* b.

14. *ducta*] AP. *deducta* bR.

21. *Volsone et Fulvio*] APR. *Volsone, M. Fulvio* b.

22. *ccxvii.*] APbR. Laurent. *ccxviii.* Krause.

23. *Aquileia*] ABbR. *Aquilia* P. item superscr. in A.

25. *quam*] A. *quamquam* PbR.

25. *Falernumque*] AP. *Salernumque* bR.

et Buxentum missi coloni, Auximum autem in Picenum abhinc annos ferme CLXXXVII., ante triennium quam Cassius censor a Lupercali in Palatium versus theatrum facere instituit, cui in demoliendo eximia civitatis severitas et COS..... restitere, quod ego inter clarissima publicae
4 voluntatis argumenta numeraverim. Cassio autem Longino et Sextio Calvino, qui Sallues apud Aquas, quae ab eo Sextiae appellantur, devicit, COSS., Fabrateria deducta est abhinc annos ferme CLVII. Et post annum Scolatium, Minervium, Tarentum, Neptunia: Carthagoque in Africa
5 prima (ut praediximus) extra aliam colonia condita est. | de Dertona ambigitur. Narbo autem Martius in Gallia Portio Marcoque COSS. abhinc annos circiter CLIII. deducta colonia est. Post tres et viginti annos in Bagienni seporedi Mario sexiens Valerioque Flacco COSS. Neque facili
1 memoriae mandaverim, quae nisi militaris post hoc tempus deducta sit.

XVI. Cum haec particula operis velut formam propositi excesserit, quamquam intellego mihi hac tam praecipiti festinatione, quae me rotae pronive gurgitis ac verticis

4. cui inde moliendo 5. consul Scipio restitere 9. Scylacium 11. extra Italiam 13. Porcio Marcioque 14. in Bagiennis Eporedia 15. facile 19. mihi in hac

4. *in demoliendo*] APbR. *inde moliendo* Acidalius. Wakefield ad Lucr. 2, 185. *in eo moliendo* Salmasius. Rignez.

5. *COS. .... restitere*] cum litura A. *COS. Cepio restitere* Pb. *COS. Scipio restitere* Aldus. R.

7. *Sallues*] ABR. *Sallyes* Pb.

9. CLVII.] APbR. Laurent., qui Ed. principi per errorem tribuit numerum CLVIII. CLIIII. Fasti ex aera Varr.

9. *Scolatium*] AP. *Scylacium* bR.

10. *Tarentum*] APbR. *Forentum* Stuerenburg. Sed cfr. Annal. crit. Berol. 1834. Nr. 32. p. 264.

10. *Carthagoque in*] APbR. *Carthago, quae in* Salmasius. Rursus Vossius.

11. *extra aliam*] A. *extra Italiam* PbR.

13. *Portio Marcoque*] AP. *Porcio Marcioque* R. *M. Porcio, Q. Marcio* b.

13. CLIII.] APbR. CXLVIII. Fasti.

14. *Post tres et viginti*] APbR. *Post duodeviginti* Aldus. Krause. Cfr. Laurent. p. 84.

15. *Bagienni seporedi Mario sexiens*] AB. *Baciennis Eporedia sexies Mario sexies* P. *Baciennis Eporedia Mario sexies* b. et R. sed: *Bagiennis.* (*sextum* Cludius.)

15. *facili*] A. *facile* PbR.

18. *formam*] APbR. *normam* Halmius.

19. *intellego*] A. *intelligo* PbR.

19. *mihi hac*] A. *mihi in hac* PbR.

20. Vv. *ac verticis* (*vorticis*) suspecta Ruhnkenio.

modo nusquam patitur consistere, paene magis necessaria praetereunda quam supervanea amplectenda, nequeo tamen temperare mihi, quin rem saepe agitatam animo meo neque ad liquidum ratione perductam sequem
2 stilo. Quis enim abunde mirari potest, quod eminentissima cuiusque professionis ingenia in eam formam et in idem artati temporis congruens spatium et quemadmodum clauso capso alioque saepto diversi generis animalia nihilominus separata aliénis in unum quoque corpus congregantur, ita cuiusque clari operis capacia ingenia in similitudinem et temporum et profectuum semet ipsa ab
3 aliis separaverunt. Una neque multorum annorum spatio divisa aetas per divini spiritus viros, Aeschylum Sophoclem Euripidem, inlustravit tragoedias; una priscam illam et veterem sub Cratino Aristophaneque Eupolide comoediam; ac novam comicam Menandrus aequalesque eius aetatis magis quam operis Philemo ac Diphilus et invenere intra paucissimos annos neque imitanda reliquere.
4 Philosophorum quoque ingenia Socratico ore defluentia omnium, quos paulo ante enumeravimus, quanto post

2. supervacanea 6. in eandem formam 7. congruunt 8. clausa capso aliove 9. quaeque 11. in similitudine 14. tragoediam 15. Aristophaneque et Eupolide comoediam; at

2. *supervanea*] A. *supervacanea* O. *supervacua* PbR.

6. *in eam*] AP. *in eandem* Rhenanus. bR.

7. *congruens*] APbR. *congruunt* O. *congruére* Heinsius. (*congruerint* (et mox *separaverint*) Vossius. *congruant* vel *congruentia* Salmasius. *congregarunt se* Grunerus. Amicus quidam meus vitium quaesivit potius in v. *artati*, suspicatus *artata* (sunt). Verum ipsa huius voc. positio isti correctioni videtur adversari.)

8. *clauso capso*] A. (*capso* agnoscit B.) *clausa capso* R. (*clausa capsa* Pb.)

8. *alioque*] APbR. *aliove* Lipsius.

9. *quoque*] APbR. *quaeque* Lipsius. *quodque* Salmasius. Rursus Heinsius.

11. *similitudinem*] APbR. *similitudine* Ruhnk.

13. *per divini*] AbR. *perdivini* P.

14. *tragoedias*] APbR. *tragoediam* Burmannus.

15. *Aristophaneque Eupolide*] A. *Aristophaneque et Eupolide* B. *Aristophane et Eupolide* PbR.

16. *ac*] APb. *at* Aldus. Salmasius. R.

16. V. *comicam* suspectum iam Aldo [] R. Fuitne *mimicam?* (*nova comica* scil. poëmata. Heinsius.)

16. *Menandrus*] PbR. *Menander* A. (sed videtur Amerbachii correctio, quapropter Ed. principis scripturam retinui.)

17. *Philemo*] A. *Philemon* PbR.

20. *omnium, quos*] APbR. *omniumque, quos* Ruhnken. (Recte refutavit hanc suspicionem Iani.

Platonis Aristotelisque mortem floruere spatio? Quid ante Isocratem, quid post eius auditores eorumque discipulos clarum in oratoribus fuit? Adeo quidem artatum angustiis temporum, ut nemo memoria dignus alter ab altero videri nequiverint. Neque hoc in Graecis quam in Romanis evenit magis.

1 XVII. Nam nisi aspera ac rudia repetas et inventi laudanda nomine, in Accio circaque eorum Romana tragoedia est; dulcesque Latini leporis facetiae per Caecilium
2 Terentiumque et Afranium sub paritate nituerunt. historicos, et ut Livium quoque priorum aetati astruas, praeter Catonem et quosdam veteres et obscuros minus LXXX. annis circumdatum aevum tulit: ut ne poëtarum in anti-
3 quius citeriusve processit ubertas. At oratio ac vis forensis perfectumque prosae eloquentiae decus, ut idem seposuisse paretur Cato (pace P. Crassi Scipionisque et Laelii et Gracchorum et Fannii et Servi Galbae dixerim) ita universa sub principe operis sui erupit Tullio, ut delectari ante eum paucissimis, mirari vero neminem possis nisi
4 aut ab illo visum aut qui illum viderit. Hoc idem evenisse grammaticis plastis pictoribus scalptoribusq. uisquisq. temporum institerit notis, reperiet, eminentia cuiusque operis
5 arctissimis temporum claustris circumdatam. Huius ergo recedentis inq. seculum ingeniorum similitudines congre-

8. eum 10. subpari aetate 11. etiam, ut 13. nec 21. scalptoribus, quisquis temporum 22. reperiet et eminentia 23. circumdata 24. recedentis in unum quasi seculum ingeniorum similitudinis congregantisque se

Ceterum vv. haec Crollius et Fiedlerus transposuerunt post *Adeo* sic: *Adeo quidem omnium, quos paulo ante enumeravimus, aevum artatum.* Sed Velleius hic de oratoribus dumtaxat verba facit; quocirca malim, ut ingratum *ἀσύνδετον* tollatur, *et adeo quidem artatum*, scilicet *illud fuit. Et* post litteras *it* excidere facile potuit.

3. *fuit. Adeo*] APbR. *fuit; et adeo* O.

8. *circaque eorum*] AP. *circaque enim* Burer. R. *circaque* b.

10. *sub paritate*]A. (*sub pari aetate* Pb.) *suppari aetate* Acidalius. R.

11. *historicos, et ut*] AP. *historicos etiam, ut* Vossius. *historicos, ut* b. *historicos, ut et* Burer. R.

13. *ne*] A. *nec* PbR.

17. *Fannii*] ABbR. *Fauni* P.

17. *Servi*] AP. *Ser.* bR.

21. *scalptoribusq. uisquisq. temporum*] AB. *scalptoribus, quisquis temporum* PbR.

22. *reperiet eminentia*] AB. (*reperiet et eminentiam* Pb.) *reperiet et eminentia* R.

23. *circumdatam*] ABPb. *circumdata* R.

23. *Huius ergo recedentis inq. seculum ingeniorum similitudines*

gantesq. se et in studium par et in emolumentum causas cum semper requiro, nunquam reperio, quas esse veras confidam, sed fortasse veri similes. inter quas has maxime.
6 Alit aemulatio ingenia, et nunc invidia, et nunc admiratio incitationem accendit naturaque, quod summo studio petitum est, ascendit in summum difficilisque in perfecto mora est. naturaliterque quod procedere non potest, re-
7 cedit. et ut primo ad consequendos, quo priores ducimur, accendimur, ita ubi aut praeteriri aut aequari eos posse desperavimus, studium cum spe senescit; quod adsequi non potest, sequi desinit et velut occupatam relinquens materiam quaerit novam praeteritoque eo, in quo eminere non possumus, aliquid, in quo nitamur, conquirimus; sequiturque, ut frequens ac mobilis transitus maximum perfecti operis impedimentum sit.

1 XVIII. Transit admiratio ad condicionem temporum et ad urbium. Una urbs Attica pluribus annis eloquen-

4. invidia, nunc 5. imitationem 5. matureque 8. quos priores ducimus 10. et quod 16. ad condicionem ut temporum, ita urbium. 17. armis

congregantesque se] AB. (Quod Burerius habet *mq.* et *memolumentum* pro Amerbachii *inq.* et *in emolumentum*, ex eo explicandum, quod in Codd. Sec. IX. et X. *in* et *m* vix distinguuntur.) *Huius ergo recedentis in unum quasi seculum ingeniorum similitudinis congregantisque se* O. partim cum Ianio. *Huius ergo secedentis in quodque seculum* cet., ut nos, Sauppius. *Huius ergo praecedentisque seculi ingeniorum similitudines congregantis et in* Pb. *Huius ergo praecedentisque seculi ingeniorum similitudinis congregationisque et in* R. (*in idem molimentum* Salmasius.)

4. *et nunc admiratio*] A. *nunc admiratio* PbR.

5. *incitationem*] APb. *imitationem* Acidalius et Salmasius. R.

5. *naturaque*] APb. *matureque* Acidalius. R.

8. *quo priores ducimur*] A. *quos priores ducimus* PbR.

10. *senescit, quod*] A. *senescit et quod* PbR.

13. *aliquid*] APbR. *aliud* Perizonius.

16. *ad conditionem temporum et*] APbR. *ad conditionem, ut temporum, ita urbium* O. *ad conditionem ut temporum, et ad urbium* Huth. *ab conditione temporum et ad urbium* Schegkius.

17. *annis*] APbR. *armis* Bipontini. (*arma eloquentiae, facundiae* frequens apud Quintilianum et alios tropus, h. l. refertur ad orationes singulis occasionibus habitas earumque vim et effectum, *opera* autem ad orationes litteris mandatas. Ceterum v. *operibus* cum praecedat v. *floruit*, pro Velleii stilo non magis ἄχυρον videri debet *armis operibusque floruit* quam C. 16. *ingenia Socratico ore defluentia — — floruere* ac similia. — *pluribus artibus* Halmius.

tiae quam universa Graecia operibusque floruit, adeo ut corpora gentis illius separata sint in alias civitates, ingenia vero solis Atheniensium muris clausa existimes.
2 Neque hoc ego magis miratus sim quam neminem Argivum Thebanum Lacedaemonium oratorem aut, dum vixit, auctoritate aut post mortem memoria dignum existima-
3 tumque. Urbes et initalia talium studiorum fuere steriles, nisi Thebas unum os Pindari inluminaret. nam Alcmana Lacones falso sibi vindicant.

VELLEI PATERCVLI AD
M. VINICIVM LIBER PRIMVS EXPLICIT.

6. existimatum; quae urbes et in totum liberalium studiorum

2. *separata*] APhR. *sparsa* Ruhnk.

4. *hoc ego*] A. *ego hoc* PbR.

6. *existimatumque urbes et initalia talium studiorum*] B. item A. (sed: *in Italia.*) *existimatum*; *quae urbes et in totum liberalium studiorum* O. partim cum Herelio, qui volebat: *quae urbes cunctae* vel *penitus liberalium st.* Baiterus mavolt: *quae urbes etiam aliorum liberalium studiorum* cet. Sauppius: *quae urbes et in alia talium studiorum*, cet. Videlicet manifestum est in hac clausula poësin ceteraque studia liberalia opponi *eloquentiae*, qua de agitur in superioribus. — *existimatum, quae urbes talium studiorum* Pb. *existimatum. Quae urbes* [*et in Italia*] *talium studiorum* R.

8. *nisi*] ABR. *ni* Pb.

VELLEI PATERCVLI

HISTORIAE ROMANAE POSTERIVS VOLVMEN

AD M. VINICIVM COS.

I. Potentiae Romanorum prior Scipio viam aperuerat, luxuriae posterior aperuit: quippe remoto Carthaginis metu sublataque imperii aemula, non gradu, sed praecipiti cursu a virtute descitum, ad vitia transcursum; vetus disciplina deserta, nova inducta; in somnum a vigiliis, ab armis ad voluptates, a negotiis in otium conversa civitas. Tum Scipio Nasica in Capitolio porticus, tum, quas praediximus, Metellus, tum in Circo Cn. Octavius multo amoenissimam moliti sunt; publicamque magnificentiam secuta privata luxuria est. Triste deinde et contumeliosum bellum in Hispania duce latronum Viriatho secutum est: quod ita varia fortuna gestum est, ut saepius Romanorum gereretur adversa. Sed interempto Viriatho fraude magis quam virtute Servili Caepionis, Numantinum gravius exarsit. Haec urbs numquam $\bar{x}$. plura quam propriae iuventutis armavit, sed vel ferocia ingenii vel inscia nostrorum ducum vel fortunae indulgentia cum alios duces, tum Pompeium magni nominis virum ad turpissima deduxit foedera. hic primus e Pompeis COS.

15. nunquam plura quam decem milia 17. inscientia

15. *nunquam x. plura quam propriae*] AP. *nunquam x. militibus plura propriae* b. *nunquam x. plura propriae* R. nescio quo errore. Ruhnkenius enim probat Aldi transpositionem: *nunquam plura quam x. milia propriae;* quae sane simplicissima est, ex iudicio etiam Baiteri.

17. *inscia*] B. *inscientia* Moebius. *inscitia* APbR.

19. Ruhnkenius ex parte cum Acidalio ita ordinandum h. l. putabat: *tum Pompeium (hic primus*

fuit. nec minus turpia ac detestabilia Mancinum Hostilium COS. Sed Pompeium gratia impunitum habuit, Mancinum verecundia; quippe non recusando perduxit huc, ut per fecialis nudus ac postergum religatis manibus dederetur hostibus. quem illi recipere se negaverunt, sicut quondam Caudini fecer't, dicentes publicam violationem fidei non debere unius lui sanguine.

1 II. Inmanem deditio Mancini civitatis movit dissensionem; quippe Tempus Graacchus Tibur Gracci clarissimi atque eminentissimi viri filius, P. Africani ex filia nepos, quo quaestore et auctore id foedus ictum erat, 2 nunc graviter ferens aliquid a se factum infirmari, nunc similis vel iudicii vel poenae intuens discrimen, trib. pleb. creatus, vir alioqui vita innocentissimus, ingenio florentissimus, proposito sanctissimus, tantis denique adornatus vitutibus, quantas perfecta et natura et industria mortalis conditio recipit, P. Mucio Scaevola, L. Calpurnio COS. 3 abhinc annos CLXII. descivit a bonis, pollicitusque toti Italiae civitatem, simul etiam promulgatis agrariis legibus, omnibus factum concupiscentibus, summa imis miscuit et

3. non recusando populum Romanum perduxit 4. post tergum 6. fecerant 9. Tiberius Gracchus Tiberii Gracchi 13. metuens 20. statum

e Pompeiis magni nominis viris, consul fuit) *ad* cet. Etsi Iani volgatam defendit, non possum non accedere Ruhnkenii de pravitate horum verborum iudicio; sed puto v. *pessimum* excidisse post v. *Pompeium* propter similitudinem syll. *peium*.

3. *quippe non recusando perduxit*] APbR. *quippe non recusando P. R. perduxit* O. partim cum Burmanno: *quippe P. R. non recusando perduxit*. Sed nota *P. R.* facilius potuit *obliterari* ante syll. *per*. (Fuere, qui volgatam sic interpretarentur: „quippe verecundia non recusando, (scil. quo minus dederetur) Mancinum perduxit huc, ut se hostibus dedi ultro pateretur." Verum hoc tam durum est, ut Ruhnkenius ingenue fateatur: „Ego nihil hic intelligo." Sane facilius esset: *quippe poenam non recusando*, ut fere volebat Warburton. *quippe se non senatum accusando perduxit huc* Halmius.)

4. *postergum*] A. *post tergum* PbR.

6. *fecer't*] A. *fecerant* Heinsius. *fecerunt* PbR.

9. *Tempus Graacchus Tibur Gracci*] A. *Ti. Gracchus Ti. Gracchi* PbR.

13. *intuens*] A. *metuens* PbR.

17. *conditio*] APR. *conditionis* b.

20. *omnibus factum concupiscentibus*] A. *omnibus statum concupiscentibus* Pb. (Erravit Ruhnkenius Editioni principi *statim* tribuens, id quod primus utique coniecit Gelenius, nuperque probavit Bachius. Etenim quattuor

in praeruptum atque anceps periculum adduxit remp. Octavioque collegae pro bono publicos tanti imperium adrogavit. Triumviro . sanis dividendis coloniisque deducendis creavit se socerumque suum consularem Appium et Gracchum fratrem admodum iuvenem.

1 III. Tum P. Scipio Nasica eius, qui optimus vir a senatu iudicatus erat, nepos, eius, qui censor porticus in Capitolio fecerat, filius, pronepos autem Cn. Scipionis, celeberrimi viri P. Africani patruus, privatusque et togatus, cum esset consobrinus T. Gracchi, patriam cognationi praeferens et quicquid publice salutare non esset, privatim alienum existimans, (ob eas virtutes primus omnium absens pontifex maximus factus est,) cum data laevo brachio togae lacinia ex superiore parte Capitolii summis gradibus insistens hortatus est, qui salvam vellent
2 remp., se sequerentur. Tum optimates, senatus atque equestris ordinis pars melior et maior et intacta perniciosis consiliis plebs inruere in Gracchum stantem in area cum catervis suis et concientem paene totius Italiae frequentiam. Is fugiens decurrensque clivo Capitolino, fragmine subsellii ictus vitam, quam gloriosissime degere potuerat,
3 immatura morte finivit. Hoc initium in urbe Roma civi-

2. publice stanti 3. abrogavit 3. Triumviros agris dividendis colonisque 9. patrui 10. Ti. Gracchi 13. est) circumdata

exempla a me inspecta habent *statum*. Explicanda autem haec lectio partim e Cic. Sestianae §. 103. *Agrariam Ti. Gracchus legem ferebat; grata erat populo; fortunae constitui tenuiorum videbantur;* partim e Velleii consuetudine 2, 72, 5. *nullum habentibus statum, quilibet dux erat idoneus*: quos locos attulit Boeclerus. Sane explicatius scripsisset: *Tenuioribus omnibus statum concupiscentibus*: et facile quidem inter duo vocabula in *ibus* desinentia tertium eiusdem generis excidere poterat.) *omnium statum concutientibus* Lipsius. R. id quod vero contrarium est; egenos enim sublevabant; itaque requireretur: „*omnium locupletiorum statum concutientibus.*"

2. *publicos tanti*] A. *publico stanti* PbR.

3. *adrogavit*]AB. *abrogavit*PbR.

3. *Triumviro, sanis*] A. *Triumviros agris* PbR.

3. *coloniisque*] APbR. *colonisque* Lipsius.

5. *Gracchum*] APbR. *G. Gracchum* Heinsius.

9. *patruus*] AP. *patrui* bR.

10. *T.Gracchi*]AP. *Ti.Gracchi* bR.

12. *ob eas*] APbR. *ob quas* Gelenius. Aldus.

13. *cum data*] APb. *circumdata* Gelenius. Aldus. Salmasius. R.

14. *superiore*] ABR. *superiori* Pb.

16. A. sic: *atque* ^{et} *equestris.*

lis sanguinis gladiorumque impunitatis fuit. Inde ius vi obrutum potentiorque habitus prior: discordiaeque civium antea condicionibus sanari solitae ferro diiudicatae, bella-
4 que non causis inita, sed prout eorum merces fuit. Quod haut mirum est. Non enim ibi consistunt exempla, unde 5 coeperunt, sed quamlibet in tenuem recepta tramitem latissime evagandi sibi viam faciunt, et ubi semel recto decerratum est, in praeceps pervenitur: nec quisquam sibi putat turpe, quod alii fuit fructuosum.

1 IV. Interim, dum haec in Italia geruntur, Aristoni- 10 cus, qui mortuo rege Attalo, a quo Asia P. R. hereditati relicta erat, sicut relicta postea est a Nicomede Bithynia, mentitus regiae stirpis originem armis eam occupaverat; is victus a M. Perpenna ductusque in triumpho, set M. Aquilio, capite poenas dedit, cum initio belli Crassum 15 Mucianum, virum iuris scientissimum, decedentem ex alia
2 proconsulem interemisset. Et P. Scipio Africanus Aemilianus, qui Carthaginem deleverat, post tot acceptas circa Numantiam clades creatus iterum COS. missusque in Hispaniam fortunae virtutique expertae in Africa respon- 20 dit in Hispania. Et intra annum ac tris menses quam eo venerat circumdatam operibus Numantiam excisamque
3 aequavit solo. nec quisquam ullius gentis hominum ante eum clariori urbium excidio nomen suum perpetuae commendavit memoriae. quippe excisa Carthagine ac Numan- 25 tia ab alterius nos metu, alterius vindicavit contumeliis.
4 Hic eum interrogante tribuno Carbone, quid de Tib. Gracchi caede sentiret, respondit: Si is occupandae reip.

10. Aristonicus quidam mortuo 11. hereditate 14. set a M'. Aquilio 16. Asia 24. clariore

3. *antea conditionibus*] AbR. *ante a conditionibus* P.
8. *sibi putat*] ABbR. *putat* P.
10. *Aristonicus, qui mortuo*] APR. *Aristonicus quidam mortuo* O. (*quidam* elicui e *qui m.*) *Aristonicus mortuo* b.
11. *hereditati*] APb. *hereditate* Aldus. R.
13. *occupaverat*]APR. *occupat* b.
14. *Perpenna*] APb. *Perperna* R.
14. *set M. Aquilio*] APb. *sed a M'. Aquilio* Aldus. *sed M'. Aquilio* R.
16. *alia*] A. *Asia* PbR.
21. [*in Hispania*] Heinsius. R.
21. *tris*] A. *treis* Pb. *tres* R.
24. *clariori*] APbR. *clariore* Burer. (Amerbachius primum scripserat *clariorum*.)
27. *Tib.*] AbR. *T.* P.

animum habuisset, iure caesum. Et cum omnis contio adclamasset: Hostium, inquit, armatorum totiens clamore non territus, qui possum vestro moveri, quorum noverca est Italia? Reversus in urbem intra breve tempus M. Aquilio, C. Sempronio COSS. abhinc annos CL. post duos consulatus duosque triumphos et bis excisos terrores reip. mane in lectulo repertus est mortuus, ita ut quaedam elisarum faucium in cervice reperirentur notae. De tanti viri morte nulla habita est quaestio eiusque corpus velato capite elatum est, cuius opera super totum terrarum orbem Roma extulerat caput., Seu fatalem, ut plures, seu conflatam insidiis, ut aliqui prodidere memoriae, mortem obiit, vitam certe dignissimam egit, quae nullius ad id temporis praeterquam avito fulgore vinceretur. Decessit anno ferme LVI., de quo si quis ambiget, recurrat ad priorem consulatum eius, in quem creatus est annos XXXVI.; ita dubitare desinet.

V. Ante tempus excisae Numantiae praeclara in Hispania militia A. Bruti fuit, qui penetratis omnibus Hispaniae gentibus ingenti vi hominum urbiumque potitus numero, aditis quae vix audita erant, Galleci cognomen meruit. Et ante eum paucis annis tam severum illius Q. Macedonici gentibus imperium fuit, ut, cum urbem Contrebiam nomine in Hispania oppugnaret, pulsas praecipiti loco quinque cohortes legionarias eodem protinus subire iuberet: facientibusque omnibus in procinctu testamenta, velut ad certam mortem eundum foret, non deterritus

4. M'. Aquilio 5. CLX. 16. anno XXXVIII. 19. D. Bruti 21. Gallaeci 23. in his gentibus

4. *M. Aquilio*] APb. *M'. Aquilio* R.

5. CL.] APbR. CLX. Laurent. CLVIII. Aldus.

15. *ambiget*] APbR. *ambigat* Fiedler.

15. *recurrat*] APR. *recurret* b.

16. *annos*] A. *anno* PbR. Vide, ne post Codicis *annos* exciderit *agens* vel *habens* vel *natus*.

16. XXXVI.] APbR. XXXVIII. Puteanus.

19. *A. Bruti*] APb. *D. Bruti* Aldus. R.

21. *numero* suspectum Lipsio et Ruhnkenio.

21. *Galleci*] APb. *Gallaeci* R.

23. *Q. Macedonici gentibus imperium*] A. *Q. Macedonici in his gentibus imperium* PbR. (Incertum est, utrum Amerbachius imprudenter omiserit vv. *in his*, an ea suppleverit Rhenanus.)

proposito, perseverantia ducis, quem moriturum miserat militem victorem recepit. Tantum effecit mixtus pudori timor spesque desperatione quaesita. Hic virtute ac severitate facti, at Fabius Aemilianus Pauli exemplo disciplinae in Hispania fuit clarissimus.

1 VI. Decem deinde interpositis annis, qui T. Gracchum, idem C. fratrem eius occupavit furor tam virtutibus eius omnibus quam huic errori similem, ingenio etiam
2 eloquentiaque longe praestantiorem. Qui cum summa quiete animi civitatis princeps esse posset, vel vindicandae fraternae mortis gratia vel praemuniendae regalis potentiae eiusdem exempli tribunatum ingressus, longe maiora et acriora repetens, dabat civitatem omnibus Italicis,
3 [1]extendebat eam paene usque Alpis, dividebat agros, vetabat quemquam civem plus quingentis iugeribus habere, quod aliquando lege Licinia cautum erat; nova constituebat portoria, novis coloniis replebat provincias, iudicia a senatu transferebat ad equites, frumentum plebi dari instituerat; nihil immotum, nihil tranquillum, nihil quietum denique in eodem statu relinquebat; quin alterum etiam
4 continuavit tribunatum. Hunc L. Opimius COS., qui PR. Fregellas exciderat, persequutus armis unaque Fulvium Flaccum consularem ac triumphalem virum aeque prava cupientem, quem C. Gracchus in locum Tiberii fratris [1]uvirum nominaverat, eum socium regalis ad-
5 sumpserat potentiae, morte adficit. Id unum nefarie ab

2. pudor timori 4. Pauli F., exemplo 6. Ti. Gracchum 25. nomine, re autem socium 26. adfecit

1. Vv. *perseverantia ducis* cum Davisio R. [].
2. *pudori timor*] A. *pudor timori* O. *timori pudor* PbR.
3. *ac*] APR. *et* b.
4. *Pauli exemplo*] APbR. *Pauli F., exemplo* Ruhnk.
6. *Ti.*] bR. *T.* AP.
13. *acriora repetens*] APbR. *altiora petens* Ruhnk.
18. *dari*] APb. *dare* Aldus. R.
19. *instituerat*] APbR. *instituebat* Herelius.
19. Hottingerus distinguebat: *nihil quietum, denique in eodem statu relinquebat.* Verum sic requireretur: *nihil quietum, nihil denique* cet., id quod a Velleii dicendi genere minime abhorret.
25. *nominaverat, eum socium*] APR. *nomine, re autem socium* Halmius. *nominaverat eumque socium* b. (*nominatum, socium* Ruhnk.)
26. *adficit*] APbR. *adfecit* Herelius.

Opimio proditum, quod capitis non dicam Gracchi, sed civis R. pretium se daturum idque auro repensurum pro-
6 posuit. Flaccus in Aventino armatus ad pugnam ciens cum filio maiore iugulatus est; Gracchus profugiens, cum iam comprehenderetur ab iis, quos Opimius miserat, cer-5 vicem Euporo servo praebuit, qui non segnius se ipse interemit, quam domino succurrerat. Quo die singularis Pomponii equitis Ro. in Gracchum fides fuit, qui more Coclitis sustentatis in ponte hostibus eius gladio se trans-
7 fixit. Ut Tib. Gracchi antea corpus, ita Gai mira crude-10 litate victorum in Tiberim deiectum est.

1 VII. Hunc C. Gracchi liberi, P. Scipionis Africani nepotes, viva adhuc matre Cornelia Africani filia, viri optimis ingeniis male usi vitae mortisque habuere exitum; qui si civilem dignitatis concupissent modum, quicquid tu-15
2 multuando adipisci gestierunt, quietis obtulisset resp. Huic atrocitati adiectum scelus unicum. quippe iuvenis specie excellens necdum duodevicesimum transgressus annum immunisque delictorum paternorum, Fulvi Flacci filius, quem pater legatum de condicionibus miserat, ab Opimio inter-20 emptus est. quem cum haruspex Tuscus amicus flentem in vincula duci vidisset, Quin tu hoc potius, inquit, facis? protinusque inliso capite in pontem lapideum ianuae
3 carceris effusoque cerebro expiravit. crudelesque mox quaestiones in amicos clientesque Gracchorum habitae 25 sunt. Sed Opimium, virum alioquin sanctum et gravem, damnatum postea iudicio publico memoria ipsius saevitiae
4 nulla civilis persecuta est misericordia. Eadem Rutilium Popiliumque, qui COSS. asperrime in Tiberi Gracchi amicos saevierant, postea iudiciorum publicorum merito 30

3. armatos 12. Ti. Gracchi 23. postem 27. istius 28. prosecuta 28. Rupilium

3. *armatus*] AP. *armatos* bR.
9. *hostibus eius, gladio*] A. Puteanus. R. *hostibus, eius gladio* Pb.
10. *Gai*] A. *Gaii* P. *Caii* bR.
12. *C. Gracchi*] AP. *Ti. Gracchi* bR.
23. *pontem*]APb. *postem*Aldus.R.
26. *alioquin*] A. *alioqui* PbR.
27. *ipsius*] APbR. *istius* Cludius.
28. *persecuta*] APbR. *prosecuta* Cludius. Rursus Halmius.
28. *Rutilium*] APb. *Rupilium* Aldus. R.

oppressit invidia. Rei tantae parum ad notitiam pertinens interponetur. Hic est Opimius, a quo COS. celeberrimum Opimiani vicini nomen; quod iam nullum esse spatio annorum colligi potest, cum ab eo sint ad te, M. Vinici
6 COS., anni CLI. Factum Opimi, quod inimicitiarum quaesita erat ultio, minor secuta auctoritas; et visa ultio privato odio magis quam publicae vindictae data.

1 VIII. Subinde Portio Marcioque COSS. deducta colonia Narbo Martius. Mandetur deinde memoriae severitas iudiciorum; quippe COS. Cato consularis, M. Catonis nepos, Africani sororis filius, repetundarum ex Macedonia damnatus est, cum lis eius IIII. aestimaretur. Adeo illi viri magis voluntatem peccandi intuebantur quam modum factaque ad consilium dirigebant et quid, non in
2 quantum admissum foret, aestimabant. Circa eadem tempora M. Metelli fratres uno die triumphaverunt. Non minus clarum exemplum et adhuc unicum Fulvi Flacci, eius, qui Capuam ceperat, filiorum, sed alterius in adoptionem dati, in collegio COS. fuit. adoptivus in Acidiani Manli familiam datus. Nam census Metellorum, patruelium, non germanorum fratrum fuit, quod solis con-
3 tigerat Scipionibus. Tum Cimbri et Teutoni transcendere Rhenum, multis mox nostris suisque cladibus nobiles. Per

3. vini 8. Porcio 10. quippe C. Cato 16. tempora duo Metelli 19. consulatus 20. Acidini 20. censura

2. *interponetur*] APbR. *interponatur* Heinsius.

3. *vicini*] A. *vini* A. in marg. bR. *vici* P.

4. *eo sint ad*] ABbR. *eo ad* P.

6. *secuta*] A. *sequuta* PbR. Haec ita constituit Hottingerus: *quaesita erat ultio et visa privato odio magis quam publicae vindictae data, minor secuta auctoritas.* Facile omnem reprehensionem effugisset Velleius, si scripsisset *et visa illa privato*, nisi revera sic scripsit atque glossema inculcatum est.

8. *Portio*] APb. *Porcio* R.

10. *COS. Cato*] AP. *C. Cato* Aldus. R. *M. Cato* b.

12. *eius IIII.*] APR. *eius IIII. M.* b. *eius H-S. XVIII.* Lipsius. Ita scil. olim edebatur in Cic. *Accusat. Verr.* 4, 10, 22. Sed Zumptius, cum numerus ibi in Codd. incertus sit, praetulit ex Velleio *H-S IIII. milibus.*

16. *M. Metelli*] APR. *duo Metelli* Sigonius. *Metelli* b. *M. C. Metelli* Vossius.

19. *COS.*] APbR. *consulatus* Edd. recentiores.

20. *Acidiani*] APb. *Acidini* Sigonius. R.

20. *census*] AP. *censura* bR.

eadem tempora clarus eius Manici, qui porticus, quae hodieque celebres sunt, molitus est, excordiscis triumphus fuit.

1 IX. Eodem tractu temporum nituerunt oratores, Scipio Aemilianus Laeliusque, Ser. Galba, duo Gracchi, C. Fannius, Carbo Papirius. nec praetereundus Metellus Numidicus et Scaurus. et ante omnes L. Crassus et M. 2 Antonius; quorum aetati ingeniisque successere C. Caesar Strabo, P. Sulpicius. namq. Mucius iuris scientia quam 3 propriae eloquentiae nomine celebrior fuit. Clara etiam per idem aevi spatium fuere ingenia, in togatis Afrani, in tragoediis Pacuvii adque Acciusque in Graecorum ingeniorum comparationem evectis magnumque inter hos ipsos facientis operi suo locum, adeo quidem, ut in illis 4 limae, in hoc paene plus videatur fuisse sanguinis. Celebre et Lucili nomen fuit, qui sub Publio Africano Numantino bello eques militaverat. quo quidem tempore iuvenis adhuc Iugurtha ac Marius sub eodem Africano militantes in iisdem castris didicere, quae postea in contra- 5 riis facerent. Historiarum auctor iam tum Sisenna erat iuvenis; sed opus belli civilis Sullanique post aliquot annos ab eo seniore editum est. 6 Vetustior Sisenna fuit

1. Minuci 2. ex Scordiscis 9. nam Q. Mucius 10. proprie 12. atque Acci usque in 13. evecti magnumque Enni inter 18. iuvenes

1. *Manici*] A. *Minuci* bR. *Minici* P.

2. *excordiscis*] A. *ex Scordiscis* R. *ex Cordiscis* P. *e Scordiscis* b.

4. *tractu temporum*] ABbR. *temporum tractu* P.

7. *Carbo Papirius et ante omnes L. Crassus et M. Antonius, nec praetereundus Metellus Numidicus et Scaurus* Ruhnkenii suspicio.

7. *L. Crassus*]ABbR. *Crassus* P.

9. *namq. Mucius*] APb. *nam Q. Mucius* Aldus. R.

10. *propriae*] APb. *proprie* Lipsius. R.

12. *adque Acciusque*] A. *atque Acci usque* PbR.

13. *evectis*] B. *evecti* b. *evecta eius* Heinsius.R.(*comparationem aetatis* A. *comparationem eius aetatis* P.)

14. *facientis operi suo locum*] APb. *facientis operi suo locum* [*Ennii*] Heinsius. R. Mihi *Enni* potius post litteras similes *e in* videtur excidisse. Excidisse nomen manifestum est; nequaquam enim dicere poterat Accium magnum operi suo locum fecisse inter Pacuvium et Afranium.

18. *iuvenis*] APbR. *iuvenes* Burmannus.

21. *belli civilis Sullanique*] APR. *belli socialis Sullanique* Ruhnk. Miro casu contrario errore sive scriptoris sive librariorum apud Tacitum *Ann.* 6, 12. est: *post*

Caelius, aequalis Sisennae Rutilius Claudiusque Quadrigarius et Valerius Antias. Sane non ignoremus eadem aetate fuisse Pomponium sensibus celebrem, verbis rudem et novitate inventi a se operis commendabilem.

1 X. Prosequamur notam severitatem censorum Cassi Longini Caepionisque, qui abhinc annos CLVII. Lepidum Aelium augurem, quod sex milibus aedes conduxisset, adesse iusserunt. Ad nunc si quis tanti habitet, vix ut senator agnoscitur; adeo natura a rectis in vitia vitiis in 2 prava, a pravis in praecipitia pervenitur. Eodem tractu temporum et Domitii ex Arvernis et Fabiis ex Allobrogibus victoria fuit nobilis; Fabio Pauli nepoti ex victoria cognomen Allobrogico inditum. Notetur Domitiae familiae peculiaris quaedam et ut clarissima, ita artata numero felicitas. uti ante hunc nobilissimae simplicitatis iuvenem, Cn. Domitium, fuere singulis omnino parentibus geniti, sed omnes ad consulatum sacerdotiaque, ad triumphantem paene omnes pervenerunt insignia.

1 XI. Bellum deinde Iugurthinum gestum est perq. Metellum nulli secundum seculi sui. Huius legatus fuit

6. Lepidum Aemilium 8. At 9. mature 9. in vitia, a vitiis 11. Fabii 15. VII. ante 16. singuli singulis 17. ad triumphi autem 19. per Q. Metellum

exustum sociali bello Capitolium, ubi Waltherus et Ruperti recepérunt Lipsii coniecturam *civili*. tametsi non omni probabilitate careat Ruhnkenii correctio, fortasse tamen inest Velleiana argutia in v. *civilis*, similis eius, qua usus est Florus 3, 18. *Sociale bellum vocetur licet, ut extenuemus invidiam; si verum tamen volumus, illud civile bellum fuit. belli civilis Sullani* b.

3. *celebrem*] APbR. Fort. *crebrum* O. ut aliquoties apud Ciceronem et Quintilianum. Amat tamen Velleius v. *celeber*.

5. *notam severitatem*] APbR. *notam severam* Ruhnk. *notae severitatem* Cludius. Volgata recte se habet: „Tangamus nos quoque, inquit, severitatem illam omnibus notam."

6. CLVII.] APbR. Laurent. CLV. Puteanus.

6. *Lepidum Aelium*] APb. *Lepidum Aemilium* Aldus. R. *M. Lepidum Aemilium* Krause.

8. *Ad*] A. *At* PbR.

9. *natura*] A. *mature* PbR.

9. *vitia vitiis*] A. *vitia, a vitiis* PbR. (*a rectis in prava, a pravis in vitia, a vitiis in praecipitia* Sterkius.

11. *Fabiis*] A. *Fabii* PbR.

15. *uti*] APbR. *VII.* Sigonius. *IV.* Lipsius.

16. *singulis*] APbR. *singuli singulis* Krause.

17. *ad triumphantem*] A. *ad triumphi autem* PbR.

19. *perq. Metellum*] AP. *per Q. Metellum* bR.

C. Marius, quem praediximus, natus equestri loco, hirtus atque horridus, vitaque sanctus, quantum bello optimus, tantum pace pessimus, immodicus gloriae, insatiabilis, im-
2 potens semperque inquietus. Hic per publicanos aliosque in Africa negotiantis criminatus Metelli lentitudinem tra-
5 hentis iam in tertium annum bellum et naturalem nobilitatis superbiam morandique in imperiis cupiditatem effecit, ut, cum commeatu petito Romam venisset, COS. crearetur bellique paene patrati a Metello, qui bis Iugurtham in acie fuderat, summa committeretur sibi. Metelli tamen
10 et triumphus fuit clarissimus et meritum et virtutique
3 cognomen Numidici inditum. Ut paulo ante Domitiae familiae, ita Caeciliae notanda claritudo est. quippe intra xn. ferme annos huius temporis COSS. fuere Metelli aut censores aut triumpharunt amplius xii., ut appareat quem-
15 admodum urbium imperiorumque, ita gentium nunc florere fortunam, nunc senescere, nunc interire.

1 XII. At C. Marius L. Sullam iam tunc ut praecaventibus fatis copulatum sibi quaestorem habuit et per eum missum ad regem Bocchum Iugurtha rege abhinc an-
20 nos ferme cxxxviii. potitus est; designatusque iterum COS. in urbem reversus secundi consulatus initio KAL. IAN.
2 eum in triumpho duxit. Effusa, ut praediximus, im-

11. et meritum ei virtute cognomen 15. duodecies 18. ut P. R. praecaventibus

1. *equestri*] APbR. *agresti* Vossius. (Salust. in *Orat. Macri* §. 10. Ed. meae: *hoc eadem non sunt agrestibus.* Tacitus *Ann.* 4, 45. *facinus — — admissum a quodam agresti.* Cf. tamen Perizonium ad Aeliani V. H. 12, 6. et Krausium in Add.) *extremo* Ruhnk.

3. *insatiabilis*] APbR. *infatigabilis* Cludius. Pro gloss. habuerunt Cortius et Ruhnkenius.

4. *inquietus*] APbR. *inquies* Ruhnk.

7. *morandique*] APbR. *immorandique* Rhenanus.

10. *in acie*] A. *acie* PbR.

11. *et meritum et virtutique*] A. *et meritum ei virtute* O. *et meritum: virtutique* PbR. (In *que quoque* latere suspicati sunt Vossius et Cludius; sed languet.)

15. *XII.*] APbR. = *duodecies* Burmannus.

18. *ut praecaventibus fatis*] APbR. Manifesto excidit dativus eius rei, cui fata praecaverint: nam verbo sic nude posito, hoc certe loco sententia manca est. Fortasse: *ut P. R. praecaventibus fatis*, ut *populo Romano* (*P·R·*) exciderit ante litt. *pr.*

21. *CXXXVIII.*] APbR. *CXXXV.* Aera Varr.

22. *KAL. IAN.*] A. *Calend. Ian.* Pb. *Calendis Ianuariis* R.

manis vis Germanorum gentium, quibus nomen Cimbris ac Teutonis erat, cum Caepionem Manliumque COSS. et ante Carbonem Silanumque fudissent fugassentque in Gallis et exeruissent exercitus caurumque Aurelium COS. et alios celeberrimi nominis viros trucidassent, P. R. non alium repellendi stantis hostibus magis idoneum imperatorem quam Marium est ratus. Tum multiplicati consulatus eius. Tertius in apparatu belli consumptus; quo anno Cn. Domitius trib. pleb. legem tulit, ut sacerdotes, quos antea conlegae sufficiebant, populus crearet. Quarto trans Alpis circa Aquas Sextias cum Teutonis conflixit, amplius $\overline{ct}$. hostium priore ac postero die ab eo trucidatis; gensque excisa Teutonum. Quinto citra Alpis in campis, quibus nomen erat Raudis, ipse COS. et PROCOS. Q. Lutatius Catulus fortunatissimo decertavere praelio; caesa aut capta amplius $\bar{c}$. hominum. Hac victoria videtur meruisse Marius, ne eius nati remp. poeniteret, ac bona malis repensasse. Sextus consulatus veluti praemium ei meritorum datus. Non tamen huius consulatus fraudetur gloria, quo Servili Glauciae Saturninique Apulei furorem continuatis honoribus remp. lacerantium et gladiis quoque et caede comitia discutientium, COS. armis compescuit hominesque exitiabilis in Hostilia curia morte multavit.

XIII. Deinde interiectis paucis annis tribunatum iniit M. Livius Drusus, vir nobilissimus, eloquentissimus, sanctissimus, meliore in omnia ingenio animoque quam fortuna usus; qui cum senatui priscum restituere cuperet

1. Germanorum, earum gentium 3. Galliis 4. exuissent exercitu Scaurumque 4. consularem 6. repellendis tantis 14. Raudiis

1. *Germanorum gentium*] APb. *Germanorum, earum gentium* O. *Germanarum gentium* R.

3. *Silanumque*] A. Aldus. R. *Syllanumque* Pb.

3. *Gallis*] A. *Galliis* PbR.

4. *exeruissent exercitus caurumque*] A. superscr. *exuissent. exuissent exercitu Scaurumque* PbR.

4. **COS.*] APbR. *consularem* Aldus.

6. *repellendi stantis*] A. *repellendis tantis* PbR.

8. *consumptus est*] A. a prima manu, sed a sec. *est* deletum.

11. *Alpis*] A. bis. *Alpeis* PbR.

12. *trucidatis*] APbR. *trucidata* Ruhnk.

14. *Raudis*] AP. *Raudiis* bR.

23. *exitiabilis*] A. superscr. *exitialis.*

decus et iudicia ab equitibus ad eum transferre ordinem (quippe eam potestatem nacti equites Gracchanis legibus cum in multos clarissimos atque innocentissimos viros saevissent, tum P. Rutilium, virum non seculi sui, sed omnis aevi optimum, interrogatum lege repetundarum maximo cum gemitu civitatis damnaverant;) in iis ipsis, quae pro senatu moliebatur, senatum habuit adversarium non intelligentem, si qua de plebis commodis ab eo agerentur, veluti inescandae inliciendaeque multitudinis causa
3 fieri, ut minoribus perceptis maiora permitteret. Denique ea fortuna Drusi fuit, ut male facta collegarum quamvis optime ab ipso cogitata senatus probaret magis et honorem, qui ab eo deferebatur, sperneret, iniurias, quae ab aliis intendebantur, aequo animo reciperet et huius summae gloriae invideret, illorum modicam ferret.

1 XIV. Tum conversus Drusi animus, quando bene incepta male cedebant, ad dandam civitatem Italiae; quod cum moliens revertisset e foro, immensa illa et incognita, quae eum semper comitabatur, cinctus multitudine in area domus suae cultello percussus, qui adfixus lateri eius re-
2 lictus est, intra paucas horas decessit. Sed cum ultimum redderet spiritum, intuens circumstantium maerentiumque frequentiam, effudit vocem convenientissimam conscientiae suae. Ecquandone, inquit, propinqui amicique, similem
3 mei civem habebit resp.? Hunc finem clarissimus invenis vitae habuit; cuius morum minime omittatur argumentum. Cum aedificaret domum in Palatio in eo loco, ubi est,

11. collegarum quam vel optime 13. ab illis 18. incondita 19. in atrio

4. *saevissent*] APbR. *saevierant* Cludius.

11. *collegarum quamvis optime*] A. *collegarum quam vel optime* O. *collegarum quam eius optime* PbR. *collegarum eius quam optime* Ruhnk.

13. *ab aliis*] APbR. *ab illis* Ruhnk.

15. *modicam*] APbR. *immodicam* Halmius.

16. *qn.* cum lin. A. Nec tamen corrigam *quoniam*, cum etiam infra C. 52, 2. part. *quando* sic utatur Velleius.

17. *incepta*] A. *coepta* PbR. Nihil notavit Burerius.

18. *incognita*] APb. *incondita* Acidalius. R.

19. *area*] A. superscr. *atrio* sicque PbR.

24. *Ecquandone*] APR. *Ecquando* b.

27. *domum*] ABbR. *templum* P.

quae quondam Ciceronis, mox Censorini fuit, nunc Statili Sisennae est, promitteretque ei architectus, ita se eam aedificaturum, ut libera a conspectu immunisque ab omnibus arbitris esset neque quisquam in eam despicere possit, Tu vero, inquit, si quid in te artis est, ita compone domum meam, ut, quicquid agam, ab omnibus perspici possit.

1 XV. In legibus Gracchi inter perniciosissima numeraverim, quod extra Italiam colonias posuit. Id maiores, cum viderent tanto potentiorem Tyro Carthaginem, Massiliam Phocaea, Syracusas Corintho, Cyzicum ac Byzantium Mileto genitali solo, diligenter vitaverant et C. R. ad censendum ex provinciis in Italiam revocaverint. Prima
2 autem extra Italiam colonia Carthago condita est. Mors Drusi iam pridem tumescens bellum excitavit Italicum; quippe L. Caesare et Pompeio Rutilio COSS. abhinc annis cxx., universa Italia, cum id malum ab Asculanis ortum esset, quippe Servium praetorem Fontemiumque legatum occiderant, ac deinde a Marsis exceptum in omnis penetrasset regiones, arma adversus Romanos cepit.
3 [quorum ut fortuna atrox, ita causa fuit iustissima. Petebant enim eam civitatem, cuius imperium armis tuebantur:

4. posset 12. et cives Romanos — — revocaverant. 16. et P. Rutilio 17. annos 18. qui Q. Servilium praetorem Fonteiumque

3. *ab omnibus arbitris esset*] BbR. *ab omnibus esset* superscr. *hominibus* A. *ab omnibus hominibus esset* P. (Errat Ruhnkenius dicens in Ed. Basil. 1546. esse *ab omnibus esset*; habet: *ab omnibus arbitris esset.*)

4. *possit*] APbR. *posset* Millerus. Suspecta vv. *neque* — — — *possit* Boxhornio et Ruhnkenio delevit Cludius.

8. Haec *In legibus* — — — *Narbo Martius.* Cludius transposuit post finem Cap. 7.

11. *et C. R.*] A. Acidalius. *ut C. R.* PbR.

12. *revocaverint*] APbR. *revocaverant* Acidalius.

16. *et Pompeio Rutilio*] AP. *et P. Rutilio* R. *P. Rutilio* b.

17. *annis*] A. *annos* PbR. Verumtamen, cum et Cap. 103, 3. Cod. Amerb. exhibeat *abhinc annos*, unus dumtaxat restat locus Cap. 65, 3., ubi AP. exhibent *annis;* ita ut Velleius ex iis fuisse videatur, quibus unice placeret *abhinc annos.*

17. *universa Italia, cum id malum ab Asculanis*] Sic A., ut coniecit Puteanus recipiente Ruhnkenio. *cum id malum in universa Italia ab Asculanis* Pb.

18. *quippe Servium*] APbR. *qui Q. Servilium* Heinsius.

18. *Fontemiumque*] AB. *Fonteiumque* PbR.

per omnis annos atque omnia bella | duplici numero se militum equitumque fungi neque in eius civitatis ius recipi, quae per eos in id ipsum pervenisset fastigium, per quod homines eiusdem et gentis et sanguinis ut externos alie-
4 nosque fastidire posset. Id bellum amplius CCC. iuventu-
tis Italicae abstulit. Clarissimi autem imperatores fuerunt Romani eo bello Cn. Pompeius, Cn. Pompeii Magni pater, C. Marius, de quo praediximus, L. Sulla anno ante praetura functusq. Metellus, Numidici filius, qui meritum
5 cognomen Pii consecutus erat; quippe expulsum civitate a L. Saturnino trib. pleb., quod solus in leges eius iurare noluerat, pietate sua, auctoritate senatus, consensu reip. restituit patrem. Nec triumphis honoribusque quam aut causa exilii aut exilio aut reditu clarior fuit Numidicus.

1 XVI. Italicorum autem fuerunt celeberrimi duces Silo Popaedius, Herius Asinius, Insteius Cato, C. Pontidius, Telesinus Pontius, Marius Egnatius, Papius Mutilius.
2 Neque ego verecundia domesticae gloriae quicquam, dum vero refero, subtraham. quippe multum Minatii Magii, atavi mei, Asculanensis, tribuendum est memoriae, qui nepos Decii Magii, Campanorum principis, celeberrimi et fidelissimi viri, tantam hoc bello Romanis fidem praestitit, ut cum legione, quam ipse in Hirpinis conscripserat, Herculaneum simul cum T. Didio caperet, Pompeios cum L.
3 Sulla oppugnaret Cosamque occuparet; cuius de virtuti-
bus cum alii, tum maxime dilucideq. que Hortensius in

9. functus, Q. Metellus 12. consensu populi Romani 19. vera 20. Aeculanensis 26. dilucide Q. Hortensius

1. *bella duplici*] AbR. *bell*: *aduplici* P.

3. *per quod*] APbR. *propter quod* Gelenius melius quam Ruhnkenius: *ex quo*. Nullam tamen causam video, cur volgata corrigenda sit, cum *per quod* significet idem, quod illi suis coniecturis exprimere voluerunt.

9. *functusq. Metellus*] A. *functus*, *Q. Metellus* PbR.

11. *a L. Saturnino*] A. Aldus. R. *L. Saturnino* Pb.

11. *leges eius*] APR. *eius leges* b.

13. *reip.*]APb. *P. R.* Puteanus. R.

16. (*inste iuscato* A.)

17. (*Mutilius*] APbR. *Mutilus* Vossius. Millerus. Cludius. Fiedler.)

19. *vero*] A. *vera* O. *verum* PbR.

20. *atavini* A. sed superscr. *atavi mei*.

20. *Asculanensis*] APbR. *Aeculanensis* Peregrinus. Cellarius.

26. *dilucideq. que Hortensius*] A. *dilucide Q. Hortensius* Ruhnk. praeferens tamen: *tum eximie dilucideque Q. Hortensius*, *dilucideque Q. Hortensius* PbR.

annalibus suis rettulit. Cuius illi pietati plenam P. R. gratiam rettulit ipsum viritim civitatem donando, duos filios eius creando praetores, cum seni adhuc crearentur. 4 Tam varia atque atrox fortuna Italici belli fuit, ut per biennium continuo duo Romani COSS. Rutilius ac deinde 5 Cato Porcius ab hostibus occiderentur, exercitus P. R. multis in locis funderentur, utque ad saga iretur diuque in eo habitu maneretur. Caput imperii sui Corfinium legerantq. appellarent Italicam. Paulatim deinde recipiendo in civitatem, qui arma aut non ceperant aut deposuerant 10 maturius, vires refectae sunt, Pompeio Sullaque et Mario fluentem procumbentemque rem P. R. restituentibus.

1 XVII. Finito ex maxima parte, nisi quae Nolani belli manebant reliquiae, Italico bello, quo quidem Romani victis adflictisque ipsi exarmati quam integris uni- 15 versis civitatem dare maluerunt, consulatum inierunt Q. Pompeius et L. Cornelius Sulla, vir, qui neque ad finem victoriae satis laudari neque post victoriam abunde 2 vituperari potest. Hic natus familia nobilis, sextus a Cornelio Rufino, qui bello Pyrrhi inter celeberrimos fue- 20 rat duces, cum familiae eius claritudo intermissa esset, diu ita se gessit, ut nullam petendi consulatum cogitatio- 3 nem habere videretur. Deinde post praeturam inlustratus

1. Eius fidei et pietati 2. civitate 5. continuum 9. legerant atque appellarant 12. rem publicam populi Romani 13. nisi qua 15. quam integri 19. nobili

1. *Cuius illi pietati*] 'A. *Cuius fidei et pietati* Oudendorp. *cuius ille pietati* PR. *cuius pietati* b. *huius illustri pietati* Cludius.

2. *rettulit*] APb. *reddidit* Perizonius. R. (In voc. *viritim* frustra laborarunt VV. DD. Cfr. Tacit. *Ann.* 11, 2[illegible].

2. *civitatem*] A. *civitate* PbR.

5. *continuo*] AP. *continuum* bR.

9. *legerantq. appellarent Italicam*] Sic A. (cui hic maiorem fidem tribuo quam Burerio, qui in Cod. extitisse dicit: *legerant quod appellarent Italicum*: sicque b.) *legerant atque appellarant Italicam* O. ita ut *atque* lateat in litt· *antq.* Baiterus praefert: *legerant, quod appellarant Italicam. legerantque Italicani* P. *legerant, quod appellarent Italicum* lunta. R.

12. *rem P. R.*] AB. *remp. P. R.* R. *remp.* Pb.

13. *quae*] APb. *qua* Vossius. R.

15. *quam integris*] APbR. *quam integri* Heinsius. *quam integri integris universis* Ruhnk. ingrato sono.

17. *Q. Pompeius*] ABbR. *Cn. Pompeius* P.

19. *nobilis*] A. *nobili* PbR.

bello Italico et ante in Gallia legatione sub Mario, quae eminentissimos duces hostium fuderat, ex successu animum sumpsit petensque consulatum paene omnium civium suffragiis factus est. Sed cum honorem undequinquagesimo aetatis suae anno adsecutus est.

1 XVIII. Per ea tempora Mithridates, Ponticus rex, vir neque silendus neque dicendus sine cura, bello acerrimus, virtute eximius, aliquando fortuna, semper animo maximus, consiliis dux, miles manu, odio in Romanos Hannibal, occupata Asia necatisque in ea omnibus civibus
2 R.; quos quidem eadem die atque hora redditis civitatibus litteris ingenti cum pollicitatione praemiorum interemi iusserat; (quo tempore neque fortitudine adversus Mithridatem neque fide in Romanos quisquam Rhodiis par fuit. Horum fidem in Mytilenaeōrum perfidia inluminavit, qui
3 M. Aquilium aliosque Mithridati vinctos tradiderunt, quibus libertas in unius Theophanis gratia postea a Pompeio restituta est:) cum terribilis Italiae quoque videretur
4 imminere, sorte obvenit Sullae Asia provincia. Egressus urbe cum circa Nolam moraretur, quippe ea urbs perti-
nacissime arma retinebat exercituque R. obsidebatur, velut poeniteret eius fidei, quam omnium sanctissimam bello
5 praestiterat Punico, P. Sulpicius, trib. pleb. disertus, acer, opibus gratia amicitiis vigore ingenii atque animi celeberrimus, cum antea rectissima voluntate aput populum maxumam quaesisset dignitatem, quasi pigeret eum virtutum suarum et bene consulta ei male cederent, subito
6 pravus et praeceps, C. Mario post LXX. annum omnia imperia et omnis provincias concupiscenti addixit legem-

1. qua 12. interimi 15. fidem Mytilenaeorum 16. M'. Aquilium 17. gratiam 28. praeceps se C. Mario

1. *quae*] AP. *qua* bR.
4. A. primum scripserat *creatus*, tum hoc deleto superscripsit *factus*.
12. *interemi*] A. *interimi* PbR.
15. *fidem in Mytilenaeorum*] A. *fidem Mytilenaeorum* PbR.
16. *M. Aquilium*] APb. *M'. Aquilium* R.
17. *gratia*] A. *gratiam* PbR.
19. *provincia. Egressus*] A. *provincia. Is egressus* PbR.
25. *aput — — maxumam*] A. *apud — — maximam* PbR.
28. *praeceps C. Mario*] APbR. *praeceps se C. Mario* Sauppius. (Hoc scilicet loco post litteram *s* potius excidit v. *se* quam ante v. *addixit*.)
29. A. primum *concupiscenti*

que ad populum tulit, qua Sullae imperium abrogaretur, C. Mario bellum decerneretur Mithridaticum, aliasque leges perniciosas et exitiabiles neque tolerandas liberae civitati tulit. quin etiamq. Pompei COS. filium eundemque Sullae generum per emissarios factionis suae interfecit.

1 XIX. Tum Sulla contracto exercitu ad urbem rediit eamque armis occupavit, XII. auctores novarum pessimarumque rerum, inter quos Marium cum filio et P. Sulpicio urbe exturbavit ac lege lata exules fecit. Sulpicium etiam adsecuti equites in Laurentinis paludibus iugulavere caputque eius erectum et ostentatum pro Rostris vel-
2 ut omen imminentis proscriptionis fuit. Marius post sextum consulatum annoque LXX. nudus ac limo obrutus oculis tantummodo ac naribus eminentibus, extractus arundineto circa paludem Maricae, in quam se fugiens consectantes Sullae equites abdiderat, iniecto in collum loro
3 in carcerem Minturnensium iussu II viri perductus est. ad quem interficiendum missus cum gladio servus publicus natione Germanus, qui forte ab imperatore eo bello Cimbrico captus erat, ut agnovit Marium, magno eiulatu ex-
primenti indignationem casus tanti viri abiecto gladio pro-
4 fugit e carcere. Tum cives ab hoste misereri paulo ante principis viri docti instructum eum viatico conlataque veste in navem imposuerunt. At ille adsecutus circa Taenariam filium cursum in Africam direxit inopemque vitam in tugurio ruinarum Carthaginiensium toleravit: cum Ma-

4. etiam Q. Pompei 21. expromente 25. Aenariam

dedit addixit deleto postea v. *dedit. se addixit* Puteanus. *Asiam addixit* Cludius.

1. *tulit*] APbR. Del. *tulit* Hottingerus. Aequo iure posterius in *pertulit* mutari posset. Sed verendum est, ne talibus scriptorem ipsum potius quam librarios emendemus.

4. *etiamq. Pompei*] A. *etiam Q. Pompeii* PbR.

10. Vide, ne *etiam* ortum sit e geminatione litt. *itium*, ut est in AP.

13. *annoque*] APbR. *annumque* Vossius.

20. *magno*] ABR. *cum magno* P.

21. *exprimenti*] A. (per errorem, ni fallor. Nam si re vera in Cod. sic fuisset, vix alter descriptor aut Rhenanus v. *expromenti*, etsi h. l. utique aptius, substituisset. Ceterum *exprimente* praetulerunt Burmannus et Crollius.) *expromente* Ruhnk. *expromenti* PR. (*magno cum eiulatu se prodentem indignatione* b.)

24. *Taenariam*]AP. *Aenariam* bR.

rius aspiciens Carthaginem, illa intuens Marium, alter alteri possent esse solatio.

1 XX. Hoc primum anno sanguine COS. Romani militis imbutae manus sunt; quippe Pompeius collega Sullae ab exercitu Cn. Pompei proconsulis seditioni, sed
2 quam dux creaverat, interfectus est. Non erat Mario Sulpicioque Cinna temperatior. Itaque cum ita civitas Italiae data esset, ut in octo tribus contribuerentur novi cives, ne potentia eorum et multitudo veterum civium dignitatem frangeret plusque possent recepti in beneficium quam auctores beneficii, Cinna in omnibus tribubus eos
3 se distributurum pollicitus est. quo nomine ingentem totius Italiae frequentiam in urbem acciverat; e qua pulsus collegae optimatiumque viribus cum in Campaniam tenderet, ex auctoritate senatus consulatus ei abrogatus est suffectusque in eius locum L. Cornelius Merula flamen dialis. Haec iniuria homine quam exemplo dignior fuit.
4 Tum Cinna corruptis primo centurionibus ac tribunis, mox etiam spe largitionis militibus, ab eo exercitu, qui circa Nolam erat, receptus est. Is cum universos in verba eius iurasset, retinens insignia consulatus patriae bellum intulit, fretus ingenti numero novorum civium, e quorum delectu ccc. amplius cohortes conscripserat ac triginta legionum
5 instar impleverat. Opus erat partibus auctoritate gratia cuius

5. seditione 20. universus 24. auctoritate; cuius augendae

4. *manus sunt ; quippe*] ABbR. *manus*: *quippe* P.

4. *quippe Pompeius*] APbR. *quippe Q. Pompeius* Heinsius.

5. *ab exercitu*] BbR. *ad exercitum* superscr. *ab* A. *ad exercitum* P.

5. *seditioni*] A. *seditione* PbR.

6. *creaverat*] APR. *excitaverat* Burerius. b.

7. *Sulpicioque*] A. (ut volebat Rhenanus.) b. *Sulpitio* PR.

20. *universos*] AP. *universus* bR.

24. *gratia cuius augenda*] A. *gratia cuius augendae* Pb. *gratia, cuius augendae* R. Neutra ratio recta: nam *gratia cuius augendae* (*um zu mehren*) infimae est Latinitatis et Ruhnkenii explicatio propterea minus apta videtur, quod *gratia* popularis Cinnae minime deerat, deerat *auctoritas*, cum virum laudibus bellicis magis insignem ac diu iam spectatum partes ducem vellent. Idcirco equidem *gratia* pro gloss. pravo loco inculcato habeo, quo significare aliquis voluerit vv. *cuius augendae* ita esse accipienda, ac si esset: *cuius augendae gratia*. Nam h. l. sic transponere verba, etsi facile est, neutiquam tamen probabile videtur. (*gratia: cui augendae* Boxhornius.)

augenda C. Marium cum filio de exilio revocavit quique cum iis pulsi erant.

1 XXI. Dum bellum autem infert patriae Cinna, Cn. Pompeius Magni pater, cuius praeclara opera bello Marsico praecipue circa Picenum agrum, ut praescripsimus, usa erat resp. quique Asculum ceperat, circa quam urbem cum in multis aliis regionibus exercitus dispersi forent, quinque et LXX. civium Romanorum, amplius LX. 2 Italicorum una die conflixerant, frustratus spe continuandi COS. sulta se dubium mediumque partibus praestitit omnia ex proprio usu ageret temporibusque insidiari videretur et huc atque illuc, unde spes maior adfuisset potentia esse 3 exercitumque deflecteret; sed ad ultimum magno atrocique proelio cum Cinna conflixit. Cuius commissi patratique sub ipsis moenibus sociisque urbis Romanae pugnantibus spectantibusque quam fuerit eventus exitiabilis, vix 4 bis exprimi potest. Post hoc cum utrumque exercitum velut parum bello exhaustum laceraret pestilentia, Cn. Pompeius decessit. cuius interitus voluptas amissorum aut gladio aut morbo civium paene damno repensata est, populusque Ro. quam vivo iracundiam debuerat, in corpus 5 mortui contulit. Seu duae se ut res Pompeiorum fuere familiae, primus eius nominis ante annos fere CLXVII. quam 6 Pompeius cum Cn. Servilio COS. fuit. Cinna et Marius haud incruentis utrinque certaminibus editis urbem occu-

5. praediximus 9. continuandi consulatus ita se 10. praestitit, ut omnia 12. adfulsisset potentiae, se 15. moenibus oculisque 16. vix verbis 22. seu tres 23. CLXXII. Q. Pompeius

2. *erant*] APR. *fuerant* b. quam coni. non annotavit Gelenius in suo exemplari Ed. principis.

5. *ut praescripsimus*] APbR. *ut praediximus* Ruhnk. (*ut praeter ipsum* Huth. Ceterum non decies, ut ait Huth. sed quater et vicies molesta hac formula *ut praediximus* usus est Velleius in his quae supersunt ex eius cura.)

10. *COS. sulta se*] A. *consulatus ita se* PbR.

10. *praestitit omnia*] A. *praestitit, ut omnia* PbR.

12. *adfuisset*] APb. *adfulsisset* Aldus. R.

12. *potentia esse*] A. *potentiae se* PbR.

15. *sociisque* APb. *oculisque* Lipsius. R.

16. *vix bis*] A. *vix verbis* PbR.

22. *se ut res*] A. *seu tres* PbR.

23. CLXVII.] ABR. CLXXII. Laurent. CLXVIII. Pb.

23. *quam Pompeius*] AP. *Q. Pompeius* bR.

paverunt, sed prior ingressus Cinna de recipiendo Mario legem tulit.

1 XXII. Mox C. Marius pestifero civibus suis reditu intravit moenia. Nihil illa victoria fuisset crudelius, nisi 2 mox Sullana esset secuta; neque licentia gladiorum immediocri saevitum, sed excelsissimae quoque atque eminentissimae civitatis viri variis suppliciorum generibus adfecti. in iis COS. Octavius, vir lenissimi animi, iussu Cinnae interfectus est. Merula autem, qui se sub adventum Cinnae COS. abdicaverat, incisis venis superfusoque altaribus sanguine, quos saepe pro salute reip. flamen dialis precatus erat deos, eos in execrationem Cinnae partiumque eius tum precatus optime de rep. meritum spi- 3 ritum reddidit. M. Antonius, princeps civitatis atque eloquentiae, gladiis militum, quos ipsos facundia sua mora- 4 tus erat, iussu Mari Cinnaeque confossus est. Q. Catulus et aliarum virtutum et belli Cimbrici gloria, quae illi cum Mario communis fuerat, celeberrimus, cum ad mortem conquireretur, conclusit se loco nuper calce harenaque perpolito inlatoque igni, qui vim odoris excitaret, simul exitiali hausto spiritu, simul incluso suo mortem 5 magis voto quam arbitrio inimicorum obiit. Omnia erant praecipitia in rep. nec tamen adhuc quisquam inveniebatur, qui bona civis Romani aut donare auderet aut petere sustineret. Postea id quoque accessit, ut saevitiae causam avaritia praeberet et modus culpae ex pecuniae modo constitueretur et qui fuisset locuples, fieret innocens, sui quisque periculi merces foret, nec quicquam videretur turpe, quod esset quaestuosum.

6. in mediocris 6. excelsissimi quique atque eminentissimi 10. consulatu 22. magis suo voto 27. nocens 28. suique

5. *gladiorum* habet A., etsi Burerius locum sic afferens: *neque licentia immediocri saevitum* in causa fuit, cur Iunta, Gelenius aliique v. *gladiorum* omitterent.

6. *inmediocri*] B. (*in mediocri* A.) *in mediocreis* Pb. *in mediocris* Acidalius. R.

6. *excelsissimae quoque atque eminentissimae*] AP. *excelsissimi quique atque eminentissimi* R. *excelsissimi quique eminentissimae* b.

10. *COS.*] AP. *consulatu* bR.

22. *magis voto*] APbR. *magis suo voto* Heinsius. Absorptum *suo* a litt. *s uo.*

27. *innocens*] AP. *nocens* bR.

28. *sui*] APbR. *suique* Acidalius.

28. *foret*] Ruhnkenio suspectum del. Cludius. Habet A.

1 XXIII. Secundum deinde consulatum Cinna et septimum Marius in priorum dedecus iniit. cuius initio morbo oppressus decessit, vir in bello hostibus, in otio civibus
2 infestissimus quietisque impatientissimus. In huius locum suffectus Valerius Flaccus, turpissimae legis auctor, qua creditoribus quadrantem solvi iusserat; cuius facti merita
3 eum poena intra biennium consecuta est. Dominante in Italia Cinna maior pars nobilitatis ad Sullam in Achaiam ac deinde post in Asiam perfugit. Sulla interim cum Mithridatis praefectis circa Athenas Boeotiamque et Macedoniam ita dimicavit, ut et Athenas reciperet et plurimo circa multiplicis Pirei portus munitiones labore expleto amplius $\overline{cc}$. hostium interficeret nec minus multa caperet.
4 Si quis hoc rebellandi tempus, quo Athenae oppugnatae a Sulla sunt, imputat Atheniensibus, nimirum veri vetustatisque ignarus est. Adeo enim certa Atheniensium in Romanos fides fuit, ut semper et in omni re, quicquid sincera fide gereretur, id Romani Attica fieri praedicarent.
5 Ceterum tum oppressi Mithridatis armis homines miserrimae conditionis, cum ab inimicis tenerentur, oppugnabantur ab amicis et animos extra moenia, corpora necessitate
6 servientis intra muros habebant. Transgressus deinde in Asia Sulla parentem ante omnia supplicemque Mithridatem invenit, quem multa tum pecunia ac parte navium Asia omnibusque aliis provinciis, quas armis occupaverat, decedere coëgit, captivos recepit, in perfugam noxiosque animadvertit, paternis, id est, Ponticis finibus esse contentum iussit.

1 XXIV. C. Flavius Fimbria, qui praefectus equitum ante adventum Sullae Valerium Flaccum consularem

12. Piraeei 21. necessitati servientes 23. in Asiam 23. ad omnia 24. multatum 26. in perfugas

12. *Pirei*] APb. *Piraeei* R.
19. *tum*] ABbR. *cum* P.
21. *necessitate servientis*] A. *necessitati servientes* PbR.
23. *Asia*] AP. *Asiam* bR.
23. *ante*] APbR. *ad* Ruhnk.
24. *multa tum*]AP. *multatum* bR.
26. *perfugam*] AP. *perfugas* bR. Defendit num. singularem Hottingerus; sed afferendum erat simile exemplum.
27. *esse contentum*] A. *contentum esse* PbR.

virum interfecerat exercituque occupato imperator appellatus fonte Mithridatem pepulerat praelio, sub adventu
1 Sullae se ipse interemit, adulescens, quae pessima ausus
2 erat, fortiter executus. Eodem anno P. Laenas trib. pleb. Sext. Lucilium, qui in priore anno trib. pleb. fuerat, saxo Tarpeio deiecit, et cum collegae eius, quibus diem dixerat, motu ad Sullam profugissent, aqua ignique iis
3 interdixit. Tum Sulla compositis transmarinis rebus, cum ad eum primum omnium Romanorum legati Parthorum venissent, et in iis quidam magi ex notis corporis respondissent caelestem eius in vitam memoriam futuram, revectus in Italiam haud plura quam xxx. armatorum mi-
4 lia adversus $\overline{cc}$. amplius hostium exposuit Brundusii. Vix quidquam in Sullae operibus clarius duxerim, quam quod cum per triennium Cinnanae Marianaeque partes Italiam obsiderent, neque inlaturum se bellum iis dissimulavit nec quod erat in manibus omisit, existimavitque ante frangendum hostem quam ulciscendum civem, repulsoque externo metu, ubi, quod alienum esset, vicisset, superaret,
5 quod erat domesticum. Ante adventum L. Sullae Cinna seditione orta ab exercitu interemptus est, vir dignior, qui arbitrio victorum moreretur quam iracundia militum. de quo vere dici potest, ausus eum, quae nemo auderet bonus, perfecisset, quae a nullo si fortissimo perfici

2. forti 2. sub adventum 3. pessime 5. Sex. Lucilium, qui priore 7. metu 7. perfugissent 11. eius vitam atque memoriam 19. superare 23. ausum esse eum 24. perfecisse, quae a nullo nisi

2. *fonte*] APR. *forti* Puteanus. Omittit b.

2. *Mithridatem*] A. *Mithridaten* PbR.

2. *adventu*] APb. *adventum* R.

3. *pessima*] A. *pessime* PbR.

5. *qui in priore*] APR. *qui priore* b.

7. *motu*] AP. *metu* Burer. bR.

7. *profugissent*] APbR. *perfugissent* Baiterus, ut supra C. 23, 3.

11. *eius vitam memoriam*] A. scilicet ita, ut prius scripserit *eius in vita inq. memoriam*, tum delerit *inq.* et litt. *m* superscripserit voc. *vita. eius vitam atque memoriam* O. *eius vitam et memoriam* PbR.

13. *Brundusii*]APR. *Brundisii* b.

19. *superaret*] APR. *superare* Ursinus. Oudendorp. *superavit* b. (*vicisset*, *ut superaret* Hand. ad Wopkens. p. 111.)

23. *ausus eum*] A. *ausum esse eum* O. *ausum eum* PbR.

24. *perfecisset*] A. *perfecisse* PbR.

24. *si*] A. *nisi* PbR.

posset, et fuisse eum in consultando temerarium, in exequendo virum. Carbo nullo suffecto collega solus toto anno COS. fuit.

1 XXV. Putares Sullam venisse in Italiam non belli vindicem, sed pacis auctorem; tanta cum quiete exercitum per Calabriam Apuliamque cum singulari cura frugum agrorum, hominum urbium perduxit in Campaniam temptavitque iustis legibus et aequis condicionibus bellum componere; sed iis, quibus et pessima et immodica cupi-
2 ditas erat, non poterat pax placere. Crescebat interim in dies Sullae exercitus confluentibus ad eum optimo quoque et sanissimo. Felici deinde eventu circa Capuam eventu Scipionem Norbanumque consules superat. quorum Norbanus acie victus, Scipio ab exercitu suo desertus ac pro-
3 ditus inviolatus a Sulla dimissus est. Adeo enim Sulla dissimilis fuit bellator ac victor, ut dum vincit, + ac iustissimo lenior, post victoriam audito fuerit crudelior. Nam ut COS., ut praediximus, exarmatumque Sertorium, pro quanti mox belli facem! et multos alios potitus eorum dimisit incolumes (credo, ut in eodem homine duplicis ac diversissimi animi conspiceretur exemplum)

1. possent 9. et res pessima 12. deinde circa 18. consulem 21. exemplum.

1. *posset*] A. *possent* PbR.

1. *eum*] APbR. Del. Hottingerus. Malim: *eundem*.

8. *temptavitque*] A. *tentavitque* PbR.

9. *et pessima*] APbR. *et res pessima* Ruhnk.

12. *et sanissimo*] ABbR. *sanissimo* P.

12. *deinde*] BbR. *dein denique* A. sed *dein* deletum. *denique* P.

12. *eventu circa Capuam eventu*] A. *circa Capuam eventu* PbR. Nihil puto latere in alterutro v. *eventu*. Simili ταυτολογίᾳ „*felici eventu vincere*" usus est etiam 2, 46, 4.

13. *Norbanumque —— Norbanus*] ABbR. *Narbonumque — — Narbonus* P.

13. *consules*] A. *COSS.* BbR. *COS.* P.

16. *vincit ac iustissimo lenior*] APR. *vincit vel iustissimo lenior* Huth. *vincit acie iustissimo lenior* Luxdorph. *vincit, iustissimo lenior* b. *vincit iusto lenior* Lipsius. (ut *iusto ferocior* C. 49, 4.) *vincit ac bellat iustissimo lenior* Halmius.

18. *ut COS.*] AP. *et consulem* bR.

18. *exarmatumque Sertorium*] AP. *exarmatum Quintumque Sertorium* Perizonius. *exarmatum, Q. Sertorium* bR. Totum locum, ut est in AP., recte defendit Huth. Scilicet sententia haec est: „ut consulem exarmatumque Sertorium dimiserat, ita multos alios etiam, quorum potitus erat, dimisit incolumes."

19. *pro*] A. *proh* PbR.

posuit victoriam. qua demendesmontem ti fata cum C. Norbano concurrerat Sulla gratis Dianae, cuius nomini regio illa sacrata est, solvit; aquas salubritate in medendisque corporibus nobiles agrosque omnis adduxit deae. huius gratae religionis memoria et inscriptio templi adfixa posti. hodieque crabula testatur aerea interea.

XXVI. Deinde Cos. Carbo III. et C. Marius septiens CONS. filius annos natus XXVI., vir animi magis quam aevi paterni, multa fortiterque molitus neque usquam inferior nomine sulis aput Sacriportum pulsus a Sulla acie, Praeneste, quod ante natura munitum praesidiis firma-

1. Post victoriam, qua descendens montem Tifata cum C. Norbano concurrerat, Sulla gratis Dianae, cuius numini 3. salubritate medendisque 4. addixit 5. memoriam 6. posti hodieque et tabula 6. intra aedem. 7. C. Marius C. Marii septiens consulis 8. quam ingeni 10. suo. Is aput

1. *posuit*] AP. *post* bR.

1. *qua*] APb. *quia* R. (*qua* tamen cum Sauppio meo puto defendi posse. Locutus scilicet est, quasi pro vv. *post victoriam* posuisset *post proelium secundum, quo* cet.

1. *demendesmontem*] ABP. *descendens montem* bR.

1. *ti fata*] ABP. *Tifata* Burer. bR.

2. *gratis*] ABR. *gratus* Pb.

2. *nomini*] AB. *numini* PbR.

3. *in medendisque*] B. *medendisque* APbR.

4. *adduxit*] ABP. *addixit* bR.

5. *memoria*] ABPb. *memoriam* Lipsius. R.

6. *hodieque crabula*] B. *hodieque et tabula* bR. *hodieque tabula* AP.

6. *aerea interea deinde Cos.*] B. *aerea intra aedem. Deinde Cos.* bR. *aerea inter edeinde Cos.* A. sed deleto *edeinde* superscr. *aedem inde. aerea intra aedem. COSS.* Rhenanus. (*intra aedem. Inde* Seebode.)

7. *C. Marius septiens Cons.*] A. *C. Marius C. Mari septiens consulis* Puteanus. *C. Marius septies Cos.* Pb. Item R. sed *septiens.*

8. *quam aevi*] APbR. Explicant: „animo magis patris similis, quam vitae spatio, quippe qui adolescens interemptus parentis septuagenarii annos non attigerit:" quo quid ineptius dici potest? Iam cum crebro Velleius *animum* et *ingenium* coniungat, interdum etiam opponat (*animo vidit, ingenio complexus est* 2, 66.) hic quoque in *quam aevi quam ingeni*, absorpta syll. *in* a praecedente littera *m*, latere mihi persuasum est. *Animo*, id est, fortitudine ac virtute bellica magis quam ingenio truci violentoque patrem referebat; in quo Marii minoris laus inest ceteris, quae de eo praedicantur, consentanea.

9. *multa*] APR. *qui multa* b.

10. *nomine sulis aput*] A. *nomine suo. Is aput* O. nomine Marii, quod maximopere a patre eius illustratum erat. *nomine consulis. Apud* PbR. quae Rhenani tacita interpolatio rursus, ubi accuratius eam examinaveris, prorsus absurda videri debet. quoniam id pari iure de sexcentis consulibus hoc nomine dignis dici poterat, nec ullum Marii iunioris singulare praeconium continet.

verat, se exercitumque contulit. Ne quid unquam malis publice deesset, in qua civitate semper virtutibus certatum erat, certabatur sceleribus, optimusque sibi videbatur, qui fuerat pessimus. quippe dum ad Sacriportum dimicatur, Damasippus praetor Domitium, Scaevolam etiam, pontificem maximum et divini humanique iuris auctorem celeberrimum et C. Carbonem praetorium consulis fratrem, et Antistium aedilicium velut faventis Sullae partibus in curia Hostilia trucidavit. Non perdat nobilissimi facti gloriam Calpurnia, Bestiae filia, uxor Antisti, quae iugulato, ut praediximus, viro gladio se ipsa transfixit. Quantum huius gloriae famaeque accessit! nunc virtute eminet, patria latet.

XXVII. At Pontius Telesinus, dux Samnitium, vir animi bellique fortissimus penitusque Romano nomini in-

1. usquam mali publici 11. Quo quantum huius gloriae famaeque accessit! Aliena nunc virtute eminet, propria latet. 15. domi bellique

1. *Ne*] APR. *Et ne* b.

1. *unquam*] APb. *usquam* Puteanus. R.

1. *malis publice*] A. *mali publici* O. *malis publicis* PbR.

5. *Domitium, Scaevolam etiam*] APR. *Domitium consularem, Scaevolam Mutium* Ruhnk. *Q. Mutium Scaevolam etiam* b.

11. *se ipsa*] A., ut volebat Vossius ex perpetuo Velleii usu. *se ipsam* PbR.

11. *quantum*] APbR. *quo quantum*, absorpto *quo* a litteris *qua* O.

12. *huius*] accipio de Antistio, non de Calpurnia. Ille, utpote aedilitius gloriam aliquam famamque utique habebat, auctam deinde coniugis nobilissimo facto: Calpurnia, nisi se ipsa interemisset, non magis fuisset illustris quam quaevis alia matrona Romana historicis non memorata; nulla ergo huic mulieri *accedere* ad priorem poterat gloria. · Sic autem ἀντίθετον aliquam latere in sequentibus verbis corruptis ultro apparet. Iam cum *patria* pro *paterna* repugnet Velleianae consuetudini, (recte enim distinguit inter utrumque vocabulum: *patrii ritus custodia* 1, 4, 2. et *paterna maiestas* 1, 10, 2. sicque duodecies ex Indice Krausiano:) ortum id videtur ex male explicato compendio v. *propria* (*pria* cum lineola.) cui quid tandem opponi potest quam *aliena*, v. absorptum a v. *accessit* et litteris *nu* ex scriptura sec. IX. vix distinguendis a *na?* (Huth. ita: *Quantum huius gloriae familiae quoque accessit, nunc virtute feminea pariter latet.*)

15. *animi bellique*] APR. *domi bellique* Rhenanus. b. Volgatam defendit Bachius *Animadverss.* p. 8. verum negari nequit parum concinnam esse hanc compositionem, quamvis ex sua consuetudine recte dixisset alterum utrum, *animi fortissimus, belli fortissimus.* Varia excogitarunt VV. DD., veluti Cludius, *vir maximi animi belloque fortissimus penitusque* cet. Ruhnkenius: *vir animi fortissimus, belli peritissimus Romanoque nomini infestissimus.* Sed *penitus infestissimus*, formulam a cadente iam Latinitate haud abhorrentem nequaquam sollicitandam reor.

festissimus, contractis circiter XL. fortissimae pertinacissimaeque in retinendis armis iuventutis, Carbone ac Mario COSS. abhinc annos XI. Kal. Novembribus ita ad portam Collinam cum Sulla dimicavit, ut ad summum discrimen
2 et eum et remp. perduceret; quae non maius periculum adiit Hannibalis intra tertium miliarium castra conspicata quam eo die, quo circumvolans ordines exercitus sui Telesinus dictitansque adesse Romanis ultimum diem vociferabatur eruendam delendamque urbem, adiiciens nunquam defuturos raptores Italicae libertatis lupos, nisi silva, in
3 quam refugere solent, esset excisa. Post primam demum horam noctis et Romana acies respiravit et hostium cessit. Telesinus postera die semianimis repertus est, victoris magis quam morientis cultum praeferens, cuius abscisum caput ferri gestarique circa Praeneste Sulla iussit.
4 Tum demum desperatis rebus suis C. Marius adulescens per cuniculos, qui miro opere fabricati in diversas agrorum partis fuerunt, conatus erumpere, cum foramina et terra emersisset, a dispositis in id ipsum interemptus est.
5 Sunt, qui sua manu, sunt, qui concurrentem mutuis ictibus cum minore frater Telesino una obsesso et erumpente occubuisse prodiderunt. utcunque cecidit, hodie-

3. CXI. 14. voltum 18. ferunt 18. foramine e terra 21. cum minore Telesino 22. prodiderint

1. *fortissimae*] APbR. *ferocissimae* Ruhnk.

3. XI.] AB. *CXI.* Aldus. R. XL. Pb.

7. *eo die*] BbR. *eodem die* AP.

11. *solent*] APb. *solerent* Burer. R. Imitatusne est modum Sallustianum *Iug.* 38. *Iugurtha — — verba facit, tametsi ipsum — — fame et ferro clausum tenet, tamen se — — missurum?* Idem modus oblitteratus est in Taciti *Ann.* 2, 26. *posse et Cheruscos, quando Romanae ultioni consultum est, internis discordiis relinqui*; ubi nunc de Mureti opinione edunt *esset*. Alia exempla collegit Kritzius ad Sal. Iug. 63. p. 337.

14. *cultum*] AP. *voltum* bR.

15. *abscisum*] A., ut volebat Ruhnk. *abscissum* PbR.

15. *ferri*] APbR. *afferri* Handius. Hunc ipsum significatum v. *ferri* iure tribuit Wopkens. allato loco Sulpicii Severi 1, 33.: *Saul — — capta servari et ferri iubet.*

18. *fuerunt*] AP. *ferunt* bR.

18. *foramina et terra*] A. *foramine e terra* PbR.

21. *cum minore frater Telesino*] A. ex quo statim apparet verissimam esse Lipsii emendationem *cum minore Telesino.* Superscripserat aliquis gloss. *frater*, quod alius in seriem verborum recepit. *cum minore fratre Telesino* PbR.

22. *prodiderunt*] A. *prodiderint* PbR.

que tanta patris imagine non obscuratur civis memoria. De quo iuvene quid existimaverit Sulla, in promptu est; occiso enim demum eo Felicis nomen adsumpsit, quo quidem usurpasset iustissime, si eundem et vincendi et
6 vivendi finem habuisset. Oppugnationis autem Praenestis 5
ac Mari praefuera Affella Lucretius; qui cum ante Marinarum fuisset partium praetor, ad Sullam transfugerat. Felicitatem diei, quo Samnitium Telesinique pulsus est exercitus, Sulla perpetua ludorum Circensium honoravit memoria, qui sub eius nomine Sullanae Victoriae celebrantur. 10

1 XXVIII. Paulo ante quam Sulla ad Sacriportum dimicaret, magnificis praeliis partium eius viri hostium exercitum fuderant, duo Servili aput Plusium, Metellus
2 plus aput Faventiam, M. Lucullus circa Fidentia. Videbantur finita belli civilis mala, cum Sullae crudelitatem 15 aucta sunt. quippe dictator creatus (cuius honoris usurpatio per annos cxx. intermissa. nam proximus post annum quam Hannibal Italia excesserat: uti adpareat populum Ro. usum dictatoris aut metu desideras Tulio co-

1. eius memoria 3. quod 5. Oppugnationi 6. praefuerat 6. Ofella 6. Marianarum 10. sublato eius 13. Clusium 14. Pius 14. Fidentiam 15. crudelitate 19. haut ita in metu desiderasse, ut in otio

1. *civis*] AB. *eius* PbR.
3. *quo*] AB. *quod* PbR.
5. *Oppugnationis*]AP. *oppugnationi* bR.
6. *praefuera*]A. *praefuerat*PbR.
6. *Affella*] A. *Ofella* margo Codicis Murbach. bR. *Asella* AP.
6. *Marinarum*] AB. *Marianarum* PbR.
10. *qui sub eius nomine*] AB. Rhenanus in margine praemisso v. „Alias." R. *quibus eius nomine* P. *quibus sine nomine* b. (Hinc corrigendae Ruhnkenii, Krausii, Cludiique annotationes.) Sane requiritur hoc fere: *qui sublato eius nomine* (tamen proprie) *Sullanae Victoriae* (dativus) *celebrantur.* Utique in Kal. Maffaeiorum (*Inscriptt.* mearum *Lat.* Vol. 2. p. 400.) Ludi Victoriae sine adi. Sullanae memorantur inde a VI. Kal. Nov. — Pridie Kal. Nov. Quod si divise scriptum erat in vetustiore Cod. *sub lato eius nomine*, facile qui eum describebat adiect. *lato* ut sensu destitutum omittere poterat.
13. *Plusium*] AP. *Clusium* bR.
14. *plus*] A. *Pius* PbR.
14. *Fidentia*] A. *Fidentiam* PbR.
15. *crudelitatem*] A. *crudelitate* PbR.
18. *excesserat: uti*] APbR. *excesserat, fuit, uti* Cludius.
19. *aut metu — — ierant eo*] A. *aut metu desideras Tulio Co timuisse potestatem imperio, proh res ad vindicandum* (sic) *maximi periculi, spolia musieranteo* P. *ut appareat populum Ro. usum dictatoris non tam desiderasse, quam timuisse potestatem imperii, quo priores ad vindicandam maximis*

timuis se potestatem) imperio prores ad vindicandam maximi periculi spolia mus ierant eo immodicae crudeli-
3 tatis licentia usus est. Primus ille, et utinam ultimus, exemplum proscriptionis invenit, ut in qua civitate petulantis convici iudicium historiarum ex alto redditur, in ea iugulati civis R. publicae constitueretur auctoramentum plurimumque haberet, qui plurimos interemisset, neque occisi hostis quam civis uberius foret praemium fieretque
4 quisque merces mortis suae. Nec tamen in eos, qui contra arma tulerant, sed in multos insontis saevitum. adiectum etiam, ut bona proscriptorum venirent exclusique paternis opibus liberi etiam petendorum honorum iure prohiberentur simulque, quod indignissimum est, senatorum fili et onera ordinis sustinerent, et iura perderent.

1 XXIX. Sub adventum in Italiam L. Sullae Cn. Pompeius, eius Cn. Pompeii filius, quem magnificentissimas res in consulatu gessisse bello Marsico praediximus, xxiii. annos natus, abhinc annos cxiii. privatis ut opibus, ita consiliis magna ausus magnificeque conata executus, ad vindicandam restituendamque dignitatem patriae, firmum ex agro Piceno, qui totus paternis eius clientelis refertus
2 erat, contraxit exercitum. Cuius viri magnitudo multorum voluminum instar exigit, sed operis modus paucis eum narrari iubet. Fuit hic genitus matre Lucilia stirpis

1. timuisse potestatem) imperio, quo priores ad vindicandam maximis periculis rem publicam olim usi erant, eo 2. immodica 5. histrioni exacto redditur 6. civis Romani publice 9. tantum

periculis rem publicam usi fuerant, *immodicae* b. In marg. posui Ruhnkenii emendationem, nisi quod probante Sauppio, contradicente Baitero, post vv. *rem publicam* inserui v. *olim*, ne sine usu perirent litterae *olia m* in corruptela *spolia musi*. Sauppio praeterea sufficit *haut ita metu*, pro Ruhnkenii *haut ita in metu*, cuius ratio sane multo praestat recentioribus Cludii et Fiedleri apud ipsos quaerendis.

2. *inimodicae*] APb. *immodica* Gronovius. *in immodicam* R.

3. *licentia*] APb. *licentiam* R.

5. *historiarum*] AB. *histrioni* bR. *historiarium* P.

5. *ex alto*] APR. *exacto* Ruhnk. (*exoleto* b.)

6. *civis R. publicae*] A. *civis Romani publice* Puteanus. *civis Reip.* PbR.

9. *tamen*] APbR. *tantum* Gelenius; rursus Ursinus.

14. *fili*] A. *filii* PbR.

16. *eius Cn. Pompeii*] APR. *eius Pompeii* b.

17. *in consulatu*] ABbR. *in senatu* P.

senatoriae, forma excellens, non ea, qua ilos commendatur aetatis, sed ex dignitate constantiaque in illam conveniens amplitudinem fortunamque eius ad ultimum vitae
3 comitata est diem, innocentia eximius, sanctitate praecipuus, eloquentia medius, potentiae, quae honoris causa ad eum deferretur, non ut ab eo occuparetur, cupidissimus; dux bello peritissimus, civis in toga, nisi ubi vereretur, ne quem haberet parem, modestissimus; amicitiarum tenax, in offensis exorabilis, in reconcilianda gratia fidelissimus, in accipienda satisfactione facillimus; poten-
4 tia sua numquam aut raro ad impotentiam usus, paene omnium votorum expers, nisi numeraretur inter maxima in civitate libera dominaque gentium indignari, cum omnes cives iure haberet pares, quemquam aequalem
5 dignitate conspicere. Hic a toga virili adsuetus commilitio prudentissimi ducis, parentis sui, bonum et capax recta discendi ingenium singulari rerum militarium prudentiae celeriora et a Sertorio Metellus laudaretur magis, Pompeius timeretur validus.

1 XXX. Tum M. Perpenna praetorius e proscriptis

2. ea dignitate et constantia, quae in 3. fortunamque eum 12. vitiorum 18. prudentia excoluerat, ut a 19. validius.

2. *sed ex dignitate constantiaque*] APR. (A. tamen prius *conscientiaque*, tum superscr. *constantiaque*.) *sed ea dignitate et constantia*, *quae* Ruhnk. *sed dignitate constanti*, *quae* b.

3. *fortunamque eius*] APR. *fortunamque eum* Lipsius. *fortunam quoque eius* b.

3. *ultimum*] ABR. *ultimam* Pb.

9. *reconcilianda*] APbR. *reconciliata* Lipsius. Necessaria haec emendatio non videtur. *In reconcilianda gratia* cet. est: fidelissimus fuit promissis suis, et dum gratiam reconciliat, et postea; aliter enim illum ea laude afficere non potuisset Velleius.

12. *votorum*] APb. *vitiorum* Aldus. R.

13. *in civitate*] A. (deleto tamen *in*.) BR. *civitate* Pb.

15. *Hic a toga*] ABbR. *Hicce toga* P.

15. *adsuetus*] APbR. *adsumptus* Ruhnk. Sed *adsuetus commilitio* (dativ.) significat saepe versatus in commilitio parentis, quocum optime cohaerent vv. seqq. Momm propter Cludii suspicionem: *adsuetus militiae commilitio* (ablat.)

18. *prudentiae celeriora*] AP. *prudentia excoluerat* R. (*prudentia coluerat* Grunerus.) *prudentia excoluit* b.

18. *et a* A. superscr. (a prima manu *aeta*.) P. *ut a* Burer. („Exemplar vetus sic habet, ut potius legendum videatur: *prudentia celerior*, *ita ut a Sertorio*.") bR.

19. *validus*] A. *validius* PbR.

20. *Perpenna*] APb. *Perperna* R.

gentis clarioris quam animi, Sertorium inter coenam Etoscae interemit Romanosque certam victoriam, partibus suis excidium, sibi turpissimam mortem pessimo auctora-
2 vit facinore. Metellus Pompeius ex Hispaniis triumphaverunt. sed Pompeius hoc quoque triumpho adhuc eques Ro. ante diem quam consulatum iniret, curru urbem in-
3 vectus est. Quem virum quis nominetur per tot extraordinaria imperia in summum fastigium vectum iniquo tulisse iniquo C. Caesaris in altero consulatu petendo senatum populumque Ro. rationem habere. adeo familiare est hominibus omnia sibi ignoscere, nihil aliis remittere et invidiam rerum non ad causam, sed ad voluntatem
4 personasque dirigere. Hoc consulatu Pompeius tribuniciam
5 P. restituit, cuius Sulla imaginem in iure reliquerat. Dum Sertorianum bellum in Hispania geritur, LXIII. fugitivi e ludo gladiatorio Capua profugientes duce Spartaco, raptis ex ea urbe gladiis primo Vesuvium montem petiere, mox in dies crescente multitudine gravibus variisque casibus
6 adfecere Italiam. quorum numerus in tantum adulevit, ut quo ultima dimicavere acie, $\overline{XI}$ a CCC. hominum se Romano exercitu opposuerint. Huius patrati gloria penes M. Crassum fuit, mox + rei P. omni principem.

1. Oscae 2. Romanisque 4. Metellus et Pompeius 7. non miretur 8. evectum iniquo tulisse animo 14. potestatem 14. imaginem sine re 18. cladibus 20. qua ultima 20. XC milia 21. exercitui

1. *Etoscae*] APb. *Oscae* Puteanus. R.

2. *Romanosque*] A. *Romanisque* PbR.

4. *Metellus Pompeius*] A. *Metellus et Pompeius* PbR.

4. *ex Hispaniis triumphaverunt*] ABR. *ex Hispanis triumpharunt* Pb.

7. *nominetur*] A. *non miretur* PbR.

8. *vectum*] APbR. *evectum* Heinsius.

8. *iniquo tulisse iniquo*] A. *iniquo tulisse animo* PbR.

14. *P.*] AP. *potestatem* bR.

14. *in iure*] AP. *sine re* bR.

15. LXIIII.] APbR. LXXIIII. Lipsius.

18. *in dies crescente*] A. *crescente in dies* PbR.

18. *casibus*] APbR. *cladibus* Dukerus.

20. *quo*] A. *qua* PbR.

20. XI a CCC.] A. XC *milia* Vossius. XL a CCC PR. XL *milia* b.

21. *exercitu*] A. *exercitui* PbR.

22. *mox rei P. omni*] A. *mox Romani nominis* Ruhnk. *mox Reip. omnium* PR. *mox Romanorum omnium* b. Ceterum subit mirari, cur tantopere M. Crassi laudes h. l. exaggerarit, praesertim cum statim sequatur simile Pompeii elogium, et C. 44, 2. de Crasso iure

1 XXXI. Converterat Cn. Pompei persona totum in se terrarum orbem et per omnia maiore vi habebatur. qui cum COS. perquam laudabiliter iurasset se in nullam 2 provinciam ex eo magistratu iturum idque servasset, post biennium A. Gabinius tribunus legem tulit, ut cum belli more, non latrociniorum, orbem classibus, iam non furtivis expeditionibus piratae terrerent quasdamque Italiae urbes diripuissent, Cn. Pompeius ad eos opprimendos mitteretur essetque ei imperium aecuum in omnibus provinciis cum proconsulibus usque ad quinquagesimum milia- 3 rium a mari. quo S. C. paene totius terrarum orbis imperium uni viro deferebatur. sed tamen idem hoc ante 4 biennium in M. Antoni praetura decretum erat. Sed interdum persona, ut exemplo nocet, ita invidiam auget aut leva. In Antonio homines aequo animo passi erant. Raro enim invidetur eorum honoribus, quorum vis non timetur. Contra in iis homines extraordinaria re formidant, qui ea suo arbitrio aut depositurі aut retenturi videntur et modum in voluntate habent. Dissuadebant optimates, sed consilia impetu victa sunt.

1 XXXII. Digna est memoria Q. Catuli cum auctoritas, tum verecundia. qui cum dissuadens legem in contione dixisset esse quidem praeclarum virum Cn. Pom-

2. maior mortali habebatur 7. quasdamque etiam Italiae 13. septennium in M. Antonio praetore 15. levat 17. reformidant

dicat: *principatum solus adsequi non poterat.* Nescio, utrum scriptorem, an librarios correcturus sim proponens: *mox cum Pompeio et Caesare Romani nominis principem.*

2. *per omnia maiore vi*] APR. *per omnia maior mortali* Iacobs. *pene homine maior* b. *per omnia maior aevi* Luxdorph. (*per omnia maior evehebatur* Halmius. Verum deberet saltem esse: *in maiora evehebatur.*)

7. *quasdamque Italiae*] A. *quasdamque etiam Italiae* PbR. (Errat Ruhnkenius Ed. Basileensi tribuens *quasdam etiam Italiae.*) Incertum, utrum A. casu omiserit *etiam*, an Rhenanus consulto inculcarit; illud tamen probabilius.

9. *aecuum*] A. *aequum* PbR.

11. *quo S. C.*] A. *quo senatus COS.* P. *quo senatusconsulto* bR.

13. *biennium*] APbR. *septennium* Krause.

13. *in M. Antoni praetura*] APbR. *in M. Antonio praetore* Boherius.

14. *ut exemplo nocet*] APbR. *ut exemplo nocet aut non nocet* O. partim cum Krausio.

15. *leva*] A. *levat* PbR.

15. *in*] APbR. *id in* Heinsius.

17. *re formidant*] A. *reformidant* PbR.

peium, sed nimium iam liber aeret reip. neque omnia in uno reponenda adiecisseque, Si quid huic acciderit, quem in eius locum substituitis? subclamavit universa contio, Te, Q. Catule. Tum ille victus consensu omnium et tam
2 honorifico civitatis testimonio e contione discessit. Hic hominis verecundiam, populi iustitiam mirari libet; huius, quod non ultra contendit, plebis, quod dissuadentem et adversarium voluntatis suae vero testimonium frandare
3 noluit. Per idem tempus Cotta iudicandi munus, quod C. Gracchus ereptum senatui ad equites, Sulla ab illis ad senatum transtulerat, aequaliter in utrumque ordinem partitus est ut Horoscius lege sua equitibus in theatro
4 loca restituit. At Cn. Pompeius multis et praeclaris viris in id bellum adsumptis discripto quos ue in omnis recessus maris praesidio navium, brevi inexuperabili manu terrarum orbem liberavit praedonesque per mlta a multis locis victis circa Ciliciam classe adgressus fudit ac fugavit.
5 Et quod maturius bellum tam late diffusum conficeret, reliquias eorum contractas in urbibus remotoque mari
6 loco incerta sede constituit. Sunt, qui hoc carpant. sed

1. liberae rei publicae 8. testimonio 12. est. Otho Roscius 14. descripto quoque in 15. malo 16. multis locis victos 18. quo 20. in certa

1. *liber aeret reip.*] B. *liberae reip.* A. (cum rasura post litt. *ae.*) Rhenanus. bR. *liber aere reip.* P.

3. *substituitis*] APbR. *substituetis* Vascosanus. Rursus Halmius.

8. *testimonium*] A. *testimonio* PbR. An *testimonio morum?* O.

11. *transtulerat*] A., ut correxit Cludius. *transtulerant* PbR.

11. *in utrumque*] A. *inter utrumque* PbR. correctione haud necessaria.

12. *ut Horoscius*] AP. *Otho Roscius* Puteanus. R. *ut Roscius* b.

14. *discripto quos ue in*] A. *descripto quoque in* O. *descriptoque in* PbR.

15. *manu*] APbR. *malo* Herelius.

16. *per mlta* (sic) *a multis locis victis* (sic)] A. *per multa tempora multis locis victores* Halmius. (cuius quidem coniecturae probabilitas ex eo augetur, quod A. exhibet *victis* non *victos*. Verumtamen cum littera *a* alibi in Velleii exemplari Amerbachiano et in Ed. principe nota sit *annorum*, *mlta* autem exaratum sit, cum statim omnibus litteris habeat v. *multis*, in compendio *mlta* numerum et v. *ultra* latere opinor, ut fuerit: *per x. ultra annos multis locis victores.*) *per multa a multis locis victos* PR. *per multa praelia multis locis victos* b. *per multa maria multis locis victos* Crollius et Luxdorph. *permultis iam aliis locis victos* Huth.

18. *quod*] A. *quo* PbR.

19. *remotoque mari*] APR. *remotoque a mori* b.

20. *incerta*] A. *in certa* PbR.

quamquam in auctore satis rationis est, tum ratio quemlibet magnum auctorem faceret. data enim facultate sine rapto vivendi rapinis arguit.

1 XXXIII. Cum esset in fine bellum Piraticum, cum et L. Lucullus, (qui ante septem annos ex COS. sortitus Asiam Mithridati oppositus erat magnasque et memorabiles res ibi gesserat, Mithridatem saepe multis locis fuderat, egregia Cyzicum liberarat victoria, Tigranem regum maximum in Armenia vicerat ultimamque bello manum paene magis noluerat imponere quam non potuerat; qui alioqui per omnia laudabilis et bello paene invictus pecuniae pellebatur cupidine,) idem bellum adhuc administraret, Manilius trib. pleb. semper venalis et alienae minister potentiae, legem tulit, ut bellum Mithridaticum per Cn. 2 Pompeium administraretur. Accepta ea magnisque certatum inter imperatores iurgiis, cum Pompeius Lucullo infamiam pecuniae, Lucullus Pompeio interminatam cupiditatem obiiceret imperii neuterque ab eo quod arguebatur, mentitus argui posset. nam neque Pompeius, ut primum ad rempub. adgressus est, quemquam animo parem 3 tulit, et in quibus rebus primus esse debebat, solus esse cupiebat. neque eo viro quisquam aut alia omnia minus aut gloriam magis concupiit; in adpetendis honoribus immodicus, in gerendis verecundissimus, ut qui eos ut li-

1. tamen 3. arcuit 4. Mithridaticum et L. Lucullus 5. consulatu 18. qui arguebatur 20. quemquam aequo animo

1. *tum*] A. a sec. manu. P. *tamen* A. a prima manu. bR.

3. *arguit*] A. *arcuit* PbR.

4. *Piraticum*] APbR. *Mithridaticum* Santenius.

4. *cum et L.*] APbR. *et L.* Cludius et ante alii Vossio memorati. (De Gelenio errat Cludius.) *cum* sane ortum e geminatione.

5. *COS.*] APbR. *consulatu* Cludius.

6. *et memorabiles*] A. *ac mem.* PbR.

7. *Mithridatem*] A. *Mithridaten* PbR.

8. *Tigranem*] A. *Tigranen* PbR.

12. *pellebatur*] A. *expellebatur* PbR. Iam Rhenani errorem, qui magnas turbas concitavit, tollit A.

18. *neuterque*] BbR. *ne uterque* AP.

18. *quod arguebatur*] ABPR. *qui arguebatur* Bipontini. *quo arguebatur* b.

20. *ad rempub.*] ABbR. *rempub.* P.

20. *quemquam animo*] APbR. *quemquam aequo animo* Lipsius. Rursus Schefferus. (*quemquam magnitudine parem* Ruhnk.)

bentissime iniret, ita finiret aequo animo, et quod cupis-
4 set, arbitrio suo sumere, alieno deponeret. Et Lucullus, summus alioqui vir, profusae huius in aedificiis convictibusque et apparatibus luxuriae primus auctor fuit, quem ob iniectas moles mari et receptum suffossis montibus in
5 terras mare haud infacete Magnus Pompeius Xersen togatum vocare adsueverat.

1 XXXIV. Per id tempus a Q. Metello Creta insula in P. R. potestatem redacta est, quae ducibus Panare et Lasthane XXIII. milibus iuvenum coactis, velocitate per-
10 nicibus, armorum laborumque patientissimis, sagittarum usu celeberrimis, per triennium Romanos exercitus fatiga-
2 verat. Ab huius quidem usurae gloria temperavit animum Cn. Pompeius, qui victoriae partem conaretur vindicare. Sed et Luculli et Metelli triumphum cum ipsorum singu-
15 laris virtus, tum etiam invidia Pompei aput optimum
3 quemque fecit favorabilem. Per haec tempora M. Cicero, qui omnia incrementa sua sibi debuit, vir novitatis nobilissimae et ut vita clarus, ita ingenio maximus, qui effecit, ne quorum arma viceramus, eorum ingenio vincere-
20 mur, COS. Sergi Catilinae Lentulique et Cethegi et aliorum utrius ordinis virorum coniurationem singulari vir-
4 tute constantia vigilia curaque eripuit. Catilina metu consularis imperi urbe pulsus est; Lentulus consularis et praetor iterum Cethegusque et alii clari nominis viri,
25 auctore senatu, iussu COS. in carcere necati sunt.

1 XXXV. Ille senatus dies, quo haec acta sunt, virtutem M. Catonis iam multis in rebus conspicuam atque

2. sumeret 6. Xerxen 10. Lasthene 13. Ne ab — — usura gloriae 14. quin 22. utriusque 23. aperuit

2. *sumere*] APb. *sumeret* Acidalius. R.

2. *Et Lucullus*] APR. *Lucullus* b.

6. *infacete*] A., ut Rhenanus coniecit legendum recepitque bR. *infectae* P. Locus ex iis, ubi ignoramus, utrum Amerbachius coniecturam suam lectioni codicis substituerit, an Rhenanus suo ἀποχρώτῳ deceptus sit.

6. *Xersen*] APb. *Xerxen* R.

10. *Lasthane*] A. *Lasthene* PbR.

13. *Ab*] AP. *Ne ab* bR.

13. *usurae gloria*] AP. *usura gloriae* Rhenanus. bR.

14. *qui*] AP. *quin* bR.

22. *utrius*] AB. *utriusque* PbR.

23. *eripuit*] AP. *aperuit* bR.

24. *consularis imperi*] ABbR. *imperi* P.

2 praenitentem in altissimo luminavit. Hic genitus proavo
M. Catone principe illo familiae Porciae, non Virtuti si-
millimus et per omnia ingenio diis quam hominibus pro-
pior, qui nunquam recte fecit, ut facere videretur, sed
quia aliter facere non potuerat; cuique id solum visum
est rationem habere, quod haberet iustitiae, omnibus
humanis vitiis immunis semper fortunam in sua potestate
3 habuit. Hic TR. PL. designatus est adhuc admodum adu-
lescens, cum alii suaderent, ut per municipia Lentulus
coniuratique custodirentur, paene inter ultimos interroga-
tus sententiam, tanta vi animi atque ingenii invectus est
in coniurationem, et ardore oris orationem omnium leni-
4 tatem suadentium societate consilii suspectam fecit, sic
impendentia ex ruinis incendiisque urbis et commutatione
status publici pericula exposuit, ita consilis virtutem am-
plificavit, ut universus senatus in eius sententiam transiret
animadvertendumque in eos, quos praediximus, censeret
maiorque pars ordinis eius Catonem prosequerentur do-
5 mum. At Catilina non segnius nota obiit, quam sceleris
conandi consilia inierat; quippe fortissime dimicans, quem
spiritum supplicio debuerat, supplicio reddidit.

1. lumine collocavit 2. animo Virtuti 5. poterat 6. iustitiam 8. designatus et adhuc 12. ita ardore 15 consulis 18. Ciceronem 19. segnius suo voto obiit 21. debuerat, praelio reddidit.

1. *luminavit*] APbR. *lumine collocavit* Burmannus.

2. *non*] AB. *animo* O. partim cum Gruuero, qui volebat *homo Virtuti animo simillimus*. Absorpserunt litterae praecedentes *ae* verum vocabulum. Saepius apud Velleium vv. *animus* et *ingenium* vel iunguntur vel opponuntur. *homo* PbR.

5. *potuerat*] APR. *poterat* b.

6. *iustitiae*] AP. *iustitiam* bR.

8. *designatus est*] AB. *designatus et* Vossius. R. *designatus* Pb.

12. *et ardore*] AP. *ita ardore* Krause. *ut ardore* bR.

13. *societate*] APbR. *de societate* Gelenius.

13. *fecit*] AP. *fecerit* bR.

15. *consilis*] AB. *consulis* bR. *consilii* P.

18. *Catonem*] APbR. *Ciceronem* Hottingerus.

19. *segnius nota*] B. si recte vidit. Certe et A. et P. *uota. segnius suo voto* O. ut Cap. 22. (Eandem sententiam requiri viderunt Criticus Berolinensis et Cludius scribentes *mortem obiit.*) *segnius fata* Sauppius. *segnius conata* Acidalius. R.

21. *supplicio debuerat supplicio reddidit*] P. (quae sane videtur ἀρχετύπου scriptura; nam ab ea recessisse Amerbachium apparet ex eius exemplari: *spiritum debuerat supplicio reddidit* cum signis leg. esse: *spiritum supplicio de-*

1 XXXVI. Consulatui Ciceronis non mediocre adiecit decus natus eo anno divus Augustus abhinc annos LXXXII., omnibus omnium gentium viris magnitudine sua inductu-
2 rus caliginem. Iam paene supervacaneum videri potest eminentium ingeniorum notare tempora. Quis enim igno-5 rat direptos gradibus actatis floruisse hoc tempore Ciceronem, Hortensium, + saneque Crassum, Catonem, Sulpicium, moxque Brutum, Calidium, Caelium, Calvum et proximum Ciceroni Caesarem eorumque velut alumnos Corvinum ac Pollionem Asinium, aemulumque Thucydi-10 dis Salustium, auctoresque carminum Varronem ac Lucretium neque ullo in suspecti operis sui carmine minu-
3 rem Catullum. Paene stulta est inhaerentium oculis ingeniorum enumeratio, inter quae maxime nostri aevi emi-15 nent princeps carminum Vergilius Rabiriusque et conse-cutus Salustium Livius, Tibullusque et Naso perfectissime in forma operis sui. nam vivorum ut magna admiratio, ita censura difficilis est.

1 XXXVII. Dum haec in urbe Italiaque geruntur,

2. LXXXII. 6. diremptos 7. Cottam, Sulpicium 12. suscepti operis sui termino 14. proximi 16. perfectissimi

huerat, reddidit.) *supplicio debuerat, praelio reddidit* bR.

2. *LXXXII.*] APbR.

6. *direptos*] B. *diremptos* APbR.

7. *saneque*] APbR. *anteque* Heinsius. (*senemque Crassum* b. *Sisennamque Crassum* Huth. Sed partim L. Sisenna (Cic. Brut. 64.) nimis mediocris fuit orator, quam ut hic commemorandus esset, partim minus apta h. l. part. *que*.)

7. *Catonem*] APbR. *Cottam* Puteanus.

8. *Caelium, Calvum*] APR. *Calvum, Caelium* b.

12. *suspecti*] APbR. *suscepti* Lipsius.

12. *operis sui carmine*] APbR. *operis sui termino* O. id est, in eo genere tenuioris poësis, quod unice ille excolnit abstinens semper ab epico et tragico, intraque terminum nugarum, quas dicebant, remanens. *operis sui forma* Markland. Sed et recurrit idem mox neque intelligimus, quomodo *forma* transierit in *carmine*, contra librarius de Catulli carminibus cogitans nec satis v. *termino* intelligens facile illud vel casu vel consulto substituere poterat. (*operis sui genere* Halmius. *in suscepto operis sui certamine* Walch *Melet. crit.* p. 34. *in suscepti operis certamine* Faehse.)

13. *Catullum*] AR. *Catulum* Pb.

14. *maxime nostri aevi*] APbR. *proximi nostro aevo* Burmannus. Poterat etiam servari genitivus.

15. *princeps*] ABR. *principes* Pb.

15. *Vergilius*] APb. *Virgilius* R.

15. *Rabiriusque*] APbR. *Horatiusque* Perizonius. Sed huius nomen aut excidit aut consulto omissum est, quia fortasse minus placebat Tiberio.

16. *perfectissime*] AP. *perfectissimi* bR.

Cn. Pompeius memorabile adversus Mithridaten, qui post Luculli profectionem magnas novi exercitus vireis repara-
2 verat, bellum gessit. At rex fusus fugatusque et omnibus exutus copiis Armeniam Tigranemque socerum petit, regem eius temporis, nisi quia Luculli armis erat infractus,
3 potentissimum. Simul itaque duos persecutus Pompeius intravit Armeniam. prior filius Tigranis, sed discors patri, pervenit ad Pompeium; mox ipse supplex et praesens
4 se regnumque dicioni eius permisit, praefatus neminem alium neque Romanum neque ullius gentis virum futurum fuisse, cuius se societati commissurus foret, quam Cn. Pompeium; proinde omnem sibi vel adversam vel secundam, cuius auctor ille esset, fortunam tolerabilem futuram. non esse turpe ab eo vinci, quem vincere esset nefas; neque inhoneste aliquem summitti, quem fortuna
5 super omnis extulisset. Servatus regi honos imperi, sed multato ingenti pecunia. quae omnis, sicuti Pompeio moris erat, redacta in quaestoris potestatem ac publicis descripta litteris. Syria aliaeque, quas occupaverant, provinciae ereptae, et aliae restitutae P. R., aliae tum primum in eius potestatem redactae, ut Syria, quae tum primum facta est stipendiaria. Finis imperi regi terminatus Armenia.

1 XXXVIII. Haud absurdum videtur propositi operis regulae paucis percurrere, quae cuiusque ductu gens ac natio redacta in formulam provinciae stipendia pacta sit. Notavimus facilius ut quae partibus simul universa con-

4. socium petiit 5. nisi qua 11. potestati 15. neque ei inhoneste 19. occupaverat 22. (regii) 26. stipendiaria facta sit. Id notabimus, facilius ut quam partibus simul

1. Habet A., ut PR. h. l. *Mithridaten* et *vireis*, ut P. (*vires* R.)
3. *At*] ABbR. *Ac* P.
4. *socerum*] APbR. *socium* Herelius. *generum* Aldus.
4. *petit*] APR. *petiit* b.
5. *quia*] APb. *qua* Gruterus. R.
11. *se societati*] AP. *se potestati* Aldus. R. *se fidei* b.
15. *neque inhoneste*] AP *neque ei inhoneste* Rhenanus. bR.
19. *occupaverant*] AP. *occupaverat* bR.
22. *regi*] AP. = *regii* Heinsius. R. *regis* b.
26. *stipendia pacta sit*] APbR. „Alias *stipendiaria facta sit*." Amerbachius; item Lipsius.
27. *Notavimus facilius ut quae*] AP. *Id notabimus, facilius ut quam* Ruhnk. (*sit, notabimus, facilius ut quam* R. *sit, ut* (sic) *quae*

2 spici possint. Primus in Siciliam traiecit exercitum COS. Claudius et provinciam eam post annos ferme LII. captis Syracusis fecit Marcellus Claudius. primus Africam Regulus nono ferme anno primi Punici belli. Sed post CCLII. annos P. Scipio Aemilianus eruta Carthagine abhinc annos CLXXXII. Africam in formulam redegit provinciae. Sardinia inter primum et secundum bellum Punicum ductu T. 3 Manli COS. certum recepit imperi iugum. Immane bellicae civitatis argumentum, quod semel sub regibus, iterum hoc T. Manlio COS., tertio Augusto principe certae 4 pacis argumentum Ianius geminius clausus dedit. In Hispanias primi omnium duxere exercitus Cn. et P. Scipiones in otio secundi belli Punici abhinc annos CCL.; inde varie possessa et saepe amissa partibus, universa ductu 5 Augusti facta stipendiaria est. Macedoniam Paulus, Mummius Achaiam, Fulvius Nobilior subegit Aetoliam, Asiam L. Scipio Africani frater exipuit Antiocho, sed beneficio senatus populique R. mox habita lis possessam regibus 6 M. Perpenna capto Aristonico fecit tributariam. Cypro de-

2. Claudius, set provinciam 3. primus in Africam 4. CVII. 6. CLXXVII. 9. documentum 11. Ianus geminus 12. Scipiones initio secundi 18. mox ab Attalis possessam 19. In Cypro devicta nulli

facilius quam omisso v. *notavimus* b.)

2. *Claudius et*] APbR. *Claudius, set* Sauppius.

3. *primus Africam*] AP. *primus in Africam* bR.

4. *CCIIII.*] APbR. *CVII.* Laurent. *CVIIII.* Bipontini.

6. *CLXXXII*] APbR. *CLXXVII.* Laurent. *CLXXV.* Lipsius.

9. *civitatis argumentum*] Nisi consulto male scripsit Velleius, quod vix credam, ad vocabulum *argumentum* infra positum cum aberrasset librarius, hic simile aliquod cum illo confudit. Arbitror fuisse *documentum*. Nam quid violentius Ruhnkenii ratione: *Immane bellicae civitatis argumentum, quod semel sub regibus, iterum hoc T. Manlio consule, tertio Augusto principe Ianus geminus clausus dedit* —? in quibus praeterea cum Cludio oblite-randum esset v. *quod*.

10. *tertio*] A. *III.* PbR.

11. *Ianius geminius*] AB. *Ianus geminus* PbR.

13. *in otio*] A. superscr. „*initio*. Beatus." (Rhenanus.) sicque PbR. Manifesto est unus de iis locis, in quibus Burerius ipsius Codicis scripturam non enotavit. Ex hoc item loco patet iam anno 1516. a Rhenano cum Amerbachio communicatas esse nonnullas emendationes.

18. *mox habita lis*] AP. *mox ab Attalis* bR.

18. *possessam regibus*] PbR. *possessam* A.; qui tamen temere videtur omisisse v. *regibus*.

19. *Perpenna*] APb. *Perperna* R.

19. *Cypro devicta*]AP. *In Cypro devicta* O. *in* latet in praecedente litt. *m. Cypri devictae* bR.

victa nullis adsignanda gloria est, quippe senatus consulto ministerio Catonis, regis morte, quam ille conscientia acciverat, facta provincia est. Creta Metelli ductu longissimae libertatis finem multata est. Syria Pontusque Cn. Pompei virtutis monumenta sunt.

1 XXXIX. Gallias primus Domitio, Fabio nepote Pauli, qui Allobrogicus vocatus est, intratas cum exercitu, magna mox clade nostra saepe et adfectavimus et amisimus. Sed fulgentissimum C. Caesaris opus in his conspicitur; quippe eius ductu auspiciisque infractae paene idem, quod totus terrarum orbis, ignavum conferunt sti-
2 pendium. Ab eodem facta Numidicus Ciliciam perdomuit. uisa uicisset post bellum Antiochinum. Vulso Manlius Gallograeciam. Bithyniam, ut praediximus, testamento Nicomedis relicta hereditaria. Divus Augustus praeter Hispanias aliasque gentis, quarum titulis forum eius praenitet, paene idem facta Aegypto stipendiaria, quantum
3 pater eius Galli in aerarium redditus contulit. Ad T. Caesar

4. fine 6. primum a Domitio et Fabio 9. omisimus 11. orbis in aerarium conferunt stipendium. Stipendiaria ab eodem facta Numidia. Ciliciam perdomuit Isauricus et post bellum Antiochinum Volso 14. Bithynia 18. Gallia, in aerarium reditus 18. At Ti. Caesar

1. *nullis*] AP. *nulli* bR.
2. *ille*] APbR. *illi* Acidalius.
4. *finem*] A. *fine* PbR.
4. *multata est. Syria*] A., ut volebat Acidalius. *multata. Et Syria* PbR.
6. *primus*] A. *primum* PbR.
6. *Domitio, Fabio*] APR. *Domitio et Fabio* b. (*Domitio Fabioque* Ursinus.) (*a Domitio* Aldus.)
6. *nepote*] APR. *nepoti* b. Rursus Lipsius. Veri similius tamen est in *primus* latere *primum a.*
9. *amisimus*] APbR. *omisimus* Heinsius.
9. *his*] A. *iis* PbR.
11. *ignavum*]APbR. *in aerarium* Aldus. In vv. *paene idem quod totus* agnosco exaggerationem rhetoricam mitigatam aliquantum v. *paene*, ita ut reiiciendum sit et Lipsii *idem quod paene totus*, Gruneri *infractae plane*, *idem* et Ruhnkenii *bona fide.*
12. *stipendium. Ab eodem facta*] APR. *stipendium. Stipendiaria ab eodem facta* Bipontini. (*stipendium. Ab eodem fracta* Boxhornius.)
12. *Numidicus Ciliciam perdomuit uisa uicisset post bellum Antiochinum. Vulso*] AP. *Numidia. Ciliciam perdomuit Isauricus et post bellum Antiochinum Volso* Sigonius. R. (*Ab eodem Pompeio fractam Numidicus Ciliciam perdomuit, nisi vicisset post bellum Antiochicum Vulso* b.)
14. *Bithyniam*]A. *Bithynia*PbR.
18. *Galli*] ABP. *Gallia* bR.
18. *redditus*] AB. *reditus* PbR.
18. *Ad*] B. *At* APbR.
18. *T. Caesar*] ABP. *Ti. Caesar* R. (*Caesar* b.)

quam certam Hispanis parendi confessionem extorserat. parem Illyriis Delmatisque extorsit. Raetiam autem et Vindelicos et Noricos Pannoniamque et Cordiscos novas imperio nostro subiunxit provincias. Ut has armis, ita auctoritate Cappadociam P. R. fecit stipendiariam. Sed revertamur ad ordinem.

1 XL. Secuta deinde Cn. Pompei militia gloriae laborisne maioris incertum est. Penetratae cum victoria Media, Albani, Hiberi, ac deinde flexum agmen ad eas nationes, quae dextra atque intima Ponti incolunt, Colchos Eniochosque et Achaeos, et oppressus auspiciis Pompei, insidiis fili Pharnacis Mithridates ultimus omnium iuris 2 sui regum praeter Parthicos. Tum victor omnium quas adierat gentium Pompeius suoque et civium voto maior et per omnia fortunam hominis egressus revertit in Italiam. Cuius reditum favorabilem opinio fecerat; quippe plerique non sine exercitu venturum in urbem adfirmabant et liber- 3 tati publicae statuturum arbitrio suo modum. Quo magis hoc homines timuerant, eo gratior civilis tanti imperatoris reditus fuit. omni quippe Brundusii dimisso exercitu nihil praeter nomen imperatoris retinens cum privato comitatu, quem semper illa fata remoris fuit, in urbem rediit magnificentissimumque de tot regibus per biduum egit triumphum longeque maiorem omni ante se inlata pecunia in aerarium, praeter quam a Paulo, ex manubiis in-

1. extorserat parens, Illyriis 3. ac Noricos 3. Scordiscos 9. Albania, Hiberia; deinde 11. Heniochosque 22. illi a latere habere moris 25. praeterquam

2. *parem*] AP. *parens* Ursinus. R.

2. *Delmatisque extorsit*] ABbR. *Delmatisque* P. (*extorserat, tam parem Illyriis Dalmatisque extorsit* b.)

3. *et Noricos*] A. *ac Noricos* PbR. Videtur Amerbachii error.

3. *Cordiscos*] AP. *Scordiscos* bR.

9. *Albani Hiberi ac deinde*] APR. *Albania, Hiberia; deinde* Burmannus. *Albania, Iliberia; ac deinde* b.

11. *Eniochosque*] A. *Heniochosque* PbR.

12. *Pharnacis*] AbR. *Pharnaces* P.

22. *illa fata remoris*] A. *illa fatare moris* P. *illi a latere habere moris* O. (*illi vacare moris* Rhenanus. b. *illum sectari moris* Burmannus. *illi astare moris* Halmius.)

25. *praeter quam a Paulo*] AP. *praeterquam a Paulo* R. *praeter quam Capitolio* b. (Suspecta haec Vossio et Ruhnkenio.)

tulit. Absente Cn. Pompeio T. Ampius et T. Labienus trib. pleb. legem tulerunt, ut si ludis Circensibus corona aurea et omni cultu triumphantium uteretur, scenicis autem praetexta coronaque aurea. Id ille non plus quam semel, et hoc sane nimium fuit, usurpare sustinuit. Huius viri fastigium tantis auctibus fortuna extulit, ut primus ex Africa, iterum ex Europa, tertio ex Asia triumpharet et, quot partes terrarum orbis sunt, totidem faceret monumenta victoriae suae. Numquam eminentia invidia carent. Itaque et Lucullus, memor tamen acceptae iniuriae, et Metellus Creticus non iniuste querens, quippe ornamentum triumphi eius captivos duos Pompeius subduxerat, et cum iis pars optimatium refragabatur, ne aut promissa civitatibus a Pompeio aut benemeritis praemia ad arbitrium eius persolverentur.

XLI. Secutus deinde est consulatus C. Caesaris, qui scribenti manum iniicit et quamlibet festinantem in se morari cogit. Hic nobilissima Iuliorum genitus familia, et quod inter omnis antiquissimos constabat, ab Anchise

1. T. Labienus 2. ut is ludis 3. laurea 4. laurea 6. primum 10. tandem 12. duces duos 19. et, quod inter omnis constat, antiquissima, ab

1. *T. Labienus*] A. a sec. manu. P. *T. Labienus* A. a prima manu. bR.

2. *ut si ludis*] AP. *ut is ludis* Ursinus. R. *ut ludis* b.

3. *aurea*] APb. bis. *laurea* Lipsius. R. bis. (Abest *uteretur* ab A., ipsius, ut puto, errore.)

5. *Huius — — suae.*] Sub Paterculi nomine affert haec Scholiasta Lucani 9. 178. p. 695. Web.

6. *auctibus*] APbR. *actibus* Scholiasta Luc. (*actis* Guelf.)

6. *primus*] AP. *primum* Scholiasta Luc. bR.

7. *ex Asia*] APbR. *ex Hispania* Schol. Luc.

8. *terrarum orbis*] APbR. *terrae* Schol. Luc.

8. *faceret*] APbR. *facerent* Codd. Schol. Luc.

9. *monumenta*] APbR. *monimenta* Schol. Luc.

10. *tamen*] APbR. *tandem* O. Iure haesit in v. *tamen* sententiae prorsus adversante Acidalius. Lucullus, qui prius iniuriam patienter toleraverat, *tandem* eius memor fuit.

12. *duos*] A. (superscr. *duces.*) *duces duos* scil. Panaren et Lasthenen. O. *duces* Rhenanus. bR. *ducus* P.

17. *quamlibet*] A. (ex emendatione, ut videtur; nam Burerius: „Alias *quamlibet*.") bR. *quemlibet* P.

19. *et quod inter omnis antiquissimos constabat*] APbR. *et, quod inter omnis constat, antiquissima* Acidalius. coniectura haud nimis certa cum propter duplicem immutationem, tum maxime propter transpositionem. Nihil reprehendi posset, si Codex exhiberet: *ut inter omnis antiquita-*

ac Venere deducens genus, forma omnium civium excellentissimus, vigore animi acerrimus, munificentiae effusissimus, animo super humanam et naturam et fidem evectus magnitudine cogitationum, celeritate bellandi, patientia periculorum Magno illi Alexandro, sed sobrio neque
2 iracundo simillimus; qui denique semper et cibo et somno in vitam, non in voluptatem uteretur, cum fuisset C. Mario sanguine coniunctissimus atque idem Cinnae gener, cuius filiam ut repudiaret, nullo metu compelli potuit, cum M. Piso consularis Anniam, quae Cinnae uxor fuerat, in Sullae dimisisset gratiam, habuissetque fere XVIII. annos eo tempore, quo Sulla rerum potitus est, magis ministris Sullae adiutoribusque partium quam ipso conquirentibus eum ad necem mutata veste dissimilemque fortunae suae indutus habitum nocte urbe elapsus est.
3 Idem postea admodum iuvenis, cum a piratis captus esset, ita se per omne spatium, quo ab his retentus est, apud eos gessit, ut pariter his terrori venerationique esset, neque unquam aut die aut nocte (cur enim quod vel maximum est, si narrari verbis speciosis non potest, omittatur?) aut excalcearetur aut discingeretur, in hoc scilicet, ne si quando aliquid ex solito variaret, suspectus his, qui oculis tantummodo eum custodiebant, foret.

1 XLII. Longum est narrare, quid et quotiens ausus sit, quanto opere conata eius, qui obtinebat Asiam magistratus P. R., motu suo destituere. Illud referatur docu-

2. munificentia 17. ab iis 18. iis 19. aut nocte aut die 22. iis 26. metu suo destituerit.

tis peritos (Caesaris aequales, unde imperfectum:) *constabat.*

2. *munificentiae*] APR. *munificentia* b.

6. *et cibo et somno*] A. *et somno et cibo* PbR.

9. *metu*] APbR. *modo* Schegkius. Male Popma aliique *motu* Ed. principi tribuunt.

11. *habuissetque*] APbR. *natusque esset* Gelenius.

17. *se per*] BbR. *semper* AP.

17. *ab his*] APbR. *ab iis* O.

19. *aut die aut nocte*] A. *aut nocte aut die* PbR. (Videndum tamen ne inconsulto Amerbachius secutus sit Germanicam loquendi rationem; quapropter in margine posui Rhenanianum ordinem.)

22. *hiis*] A. *iis* O. *his* PbR.

26. *motu*] AP. *metu* bR. id est, metu quem piratae Iunio incusserant.

26. *destituere*] APbR. *destituerit* Rhenanus. (Scil. eius annotatio: „Alias *destituerit*, nisi paulo

mentum tanti mox evasuri viri: quae nox eam diem secuta est, qua publica civitatium pecunia redemptus est, ita tamen, ut cogeret ante obsides a piratis civitatibus dari, contracta classe et privatus et tumultuaria invectus in eum locum, in quo ipsi praedones erant, partem classis fugavit, partem mersit, aliquot navis multosque mortalis cepit; laetusque nocturnae expeditionis, triumpho ad suos reversus est, mandatisque custodia equos ceperat, in Bithyniam perrexit ad proconsulem Iunium. cum idem enim Asiam eam quam obtinebat, petens, ut auctor iret sumendi de captivis supplicii: quod cum ille se facturum negasset venditurumque captivos dixisset, quippe sequebatur invidia inertiam, incredibili celeritate revectus ad mare, priusquam de ea re ulli proconsulis redderentur epistula, omnes, quos ceperat, suffixit cruci.

XLIII. Idem mox ad sacerdotium ineundum, quippe absens pontifex factus erat in Cottae consularis locum paene puer a Mario Cinnaque flamen dialis creatus victoria Sullae, qui omnia ab iis acta fecerat inrita, amisisset, ad sacerdotium, festinans in Italiam, ne conspiceretur a praedonibus omnia tunc obtinentibus maria et merito tam

4. privatim 8. custodiae, quos 9. Iunium (idem enim cum Asia eam tum obtinebat) 15. epistulae 17. locum, cum paene 19. amisisset id sacerdotium, festinans

ante velis legere *obtinebant*." omissa est in Ed. principe altera. *cum tanto opere conata — — metu suo destitueret* Sauppius. *quamque ob rem conata — — — mora sua destituere* Huth.)

2. *redemptus est*] ABR. *redemptus* Pb.

4. *privatus*] APbR. *privatim* Cludius. (*privata* Gelenius. Rursus Oudendorp.)

4. *tumultuaria*] APbR. *tumultuarie* Cludius. (sed est v. posterioris Latinitatis.)

8. *custodia equos*] A. *custodiae, quos* PbR.

9. *cum idem enim Asiam eam quam obtinebat*] APR. *idem enim cum Asia eam tum obtinebat* O. (*idem enim cum Asia eam quoque obtinebat* Bipontini.) Simile est illud Taciti *Ann.* 5, 10. *is Macedoniae tum intentus Achaiam quoque curabat.* (*Nicomedes enim Asiam tamquam obtinebat* Huth. In A. et quattuor exemplaribus Ed. princ., quae ego inspexi, non est *eamquam* iunctim, ut ait Huth, sed divise *eam quam.*) *is enim Asiam tum obtinebat* b.

14. *redderentur*] BR. *redderetur* APb.

15. *epistula*] AB. *epistulae* Burer. R. (*epistola* Pb)

17. *in*] APR. *cum in* b.

17. *locum paene*] APb. *locum, cum paene* Lipsius. R.

20. *ad*] AP. *id* bR.

21. *tam*] APbR. *iam* Bipontini.

infestis sibi, quattuor scalmorum navem una cum duobus amicis decemque servis ingressus effusissimum Adriatici
2 maris traiecit sinum. Quo quidem in cursu conspectis, ut putabat, piratarum navibus cum exuisset vestem alligassetque pugionem ad femur alterutri se fortunae parans, mox intellexit frustratum esse visum suum arborumque ex longinquo ordinem antemnarum praebuisse ima-
3 ginem. Reliqua eius acta in urbe nobilissimaque Dolobellae accusatio et maior civitatis in ea favor, quam reis praestare solet, contentionesque civiles cum Q. Catulo atque aliis eminentissimis viris celeberrimae, et ante praeturam victus maximi pontificatus petitione Q. Catulus,
4 omnium confessione senatus princeps, et restituta in aedilitate adversante quidem nobilitate monumenta C. Marii, simulque revocati ad ius dignitatis proscriptorum liberi, et praetura quaesturaque mirabili virtute atque industria obita in Hispania, (cum esset quaestor sub Vetere Antistio, avo huius Veteris consularis ac pontificis, duorum consularium et sacerdotum patris, viri in tantum boni, in quantum humana simplicitas intelligi potest,) quo notiora sunt, minus egent stilo.

1 XLIV. Hoc igitur COS. inter eum et Cn. Pompeium et M. Crassum inita potentiae societas, quae urbi orbique terrarum nec minus diverso quoque tempore ipsis
2 exitiabilis fuit. Hoc consilium sequendi Pompeius causam habuerat, ut tandem acta in transmarinis provinciis, quibus, ut praedixi, multi obtrectabant, per Caesarem confirmarentur COS. Caesar autem, quod animadvertebat se cedendo Pompei gloriae aucturum suam et invidia com-

8. Dolabellae 10. praestari 24. diverso quamquam tempore 27. praedixi*mus*

8. *Dolobellae*] APbR. *Dolabellae* Cludius.

9. *in ea*] APbR. *in eo* (Dolabella) Heinsius prob. Ruhnkenio. Recepit Fiedler. Sed adversatur sententiae scriptoris, qui Caesarem, non Dolabellam laudare decreverat memineratque nobilissimae accusationis, quam Tacitus quoque cum admiratione legerat. *de Orat.* C. 34.

10. *praestare*]A. *praestari* PbR.

18. *ac*] A. *atque* PbR.

24. *quoque*] APbR. *quamquam* Heinsius.

27. *praedixi*]A. *praedixi**mus*PbR. (*mus* absorptum in Cod. a syll. *mul* ex usu Velleii restituit Rhenanus.)

munis potentiae in illum relegata confirmaturum vires suas; Crassus, ut quem principatum solus adsequi non poterat, auctoritate Pompei viri viribus teneret Caesaris. 3 Adfinitas etiam inter Caesarem Pompeiumque contracta nuptiis, quippe filiam C. Caesaris Cn. Magnus duxit uxo- 5 4 rem. In hoc consulatu Caesar legem tulit, aut ager Campanus plebei divideretur, suasore legis Pompeio. Ita circiter $\overline{\text{XX}}$. civium eo deducta et ius ab his restitutum post annos circiter CLII. quam bello Punico ab Romanis Capua 5 in formam praefecturae redacta erat. Bibulus, collega 10 Caesaris, cum actiones eius magis vellet impedire, quam posset, maiore parte anni domi se tenuit. quo facto dum augere volt invidiam collegae, auxit potentiam. Tum Caesari decretae in quinquennium Galliae.

1 XLV. Per idem tempus P. Clodius, homo nobilis, 15 disertus, audax, quique dicendi neque faciendi ullum, nisi quem vellet, nosset modum, malorum propositorum executor acerrimus, infamis etiam sororis stupro et actus incesti reus ob initum inter religiosissima P. R. sacra adulterium, cum graves inimicitias cum M. Cicerone exer- 20 ceret (quid enim inter tam dissimiles amicum esse poterat?) et a patribus ad plebem transisset, legem in tribunatu tulit, qui civem R. damnatum interemisset, et aqua 2 et igni interdiceretur. cuius verbis etsi non nominabatur Cicero, tamen solus petebatur. Ita vir optime meritus de 25 repub. conservatae patriae pretium calamitate exilii tulit.

3. Pompei, viribus 5. quippe Iuliam, filiam 6. ut ager 8. ius civitatis restitutum 16. qui neque 23. indemnatum 23. ei aqua 26. calamitatem

2. *quem*] ABbR. *qui* P.

3. *Pompei viri viribus*] AB. *Pompei, viribus* PbR.

5. *quippe filiam*] APbR. *quippe Iuliam, filiam* O. Nomen illustre absorptum a voc. simili *filiam* restituendum duco.

6. *aut*] A. *ut* PbR.

8. *ius ab his*] APbR. *ius civitatis* Puteanus.

16. *quique*] AP. *qui neque* Vascosanus. bR.

18. *actus*] APbR. *factus* Gelenius.

22. *transiret* Rhenano tribuit Burmannus, cum utrumque meum exemplar et A. habeant *transisset*.

23. *damnatum*] APb. *indemnatum* Puteanus. R.

23. *et aqua*] AP. *ei aqua* bR.

26. *calamitate*] AP. *calamitatem* bR.

Non caruerunt suspicione oppressi Ciceronis Caesar et Pompeius. Hoc sibi contraxisse videbatur Cicero, quod inter xx.viros videndo agro Campano esse noluisset. 3 Idem intra biennium sera Cn. Pompei cura, verum et cupit interita votisque Italiae ac decretis senatus, virtute atque actione Anni Milonis TR. PL. dignitati patriaeque restitutus est. Neque post Numidici exilium aut reditum quisquam aut expulsus invidiosius aut receptus est laetius. cuius domus quam infeste a Clodio disiecta erat, tam spe- 4 ciose a senatu restituta est. Idem P. Clodius in senatu sub honorificentissimo ministerii titulo M. Catonem a rep. relegavit. quippe legem tulit, ut is quaestor cum iure praetorio adiecto etiam quaestor emitteretur in insulam Cyprum ad spoliandum regno Ptolemaeum omnibus mo- 5 rum vitiis eam contumeliam meritum. sed ille sub adventum Catonis vitae suae vim intulit; unde pecuniam longe sperata maiorem Cato Romam rettulit: cuius integritatem laudari nefas est, insolentia paene argui potest, quod una cum COSS. ac senatu effusa civitate obviam, cum per Tiberim subiret navibus, non ante is egressus est, quam ad eum locum pervenit, ubi erat exponenda pecunia.

1 XLVI. Cum deinde inmanis res vix multis voluminibus explicandas C. Caesar in Gallia ageret nec contentus plurimis ac felicissimis victoriis innumerabilibusque caesis et captis hostium milibus etiam in Britanniam traiecisset exercitum, alterum paene imperio nostro ac suo

3. dividendo 4. verum, ut coepit, intenta 10. P. Clodius insania actus sub 13. quaestore mitteretur 18. haud laudari 20. (iis)

3. *videndo*] A. *dividendo* PbR.

5. *et cupit*] AP. *ut coepit* bR.

5. *interita*] AP. *intenta* Wopkensius. R. (*interrita* b.)

10. *in senatu*] APb. ([ ] R.) *insania actus* O. (*insano conatu* Herelius.)

13. *quaestor emitteretur*] AP. *quaestore mitteretur* bR.

18. *laudari*] APbR. *haud laudari* Ruhnk. (Argutam scil. sententiam, iniuriam quasi inferri Catoni laudata eius integritate, quae in viro Virtuti simillimo per se inesse debebat nec ullo praeconio indigebat, vel Paterculus, ut opinor, mitigasset v. *prope*.)

20. *is*] AP. antiqua scriptura pro *iis*, ut ediderunt Aldus. R. *his* b.

26. *et captis*] ABbR. *ac captis* P.

quaerens orbem, victus pars consulum, Cn. Pompeius et M. Crassus alterum iniere consulatum, qui neque petitus
2 honeste ab hiis neque probabiliter gestus est. Caesari leges, quas Pompeius ad populum tulit, prorogatae in idem spatium temporis provinciae; Crasso bellum Parthicum in animo molienti Syria decreta. qui vir cetera sanctissimus immunisque voluptatibus neque i npecunia neque in gloria concupiscenda aut modum norat aut capiebat termi-
3 num. hunc proficiscentem in Syriam diris cum ominibus TR. PL. frustra retinere conati. quorum execrationes si in ipsum tantummodo valuissent, utile imperatoris da-
4 mnum salvo exercitu fuisset reip. Transgressum Euphraten Crassum petentemque Seleuciam, circumfusos immanibus copiis equitum rex Orodes una cum parte maiore Romani exercitus interemit. Reliquias legionum C. Cassius atrocissimi mox auctor facinoris, tum quaestor conservavit Syriamque adeo in P. R. potestate retinuit, ut transgressos in eam Parthos felici rerum eventu fugaret ac funderet.

1 XLVII. Per haec insequentiaque et quae praedixi-
mus tempora amplius $\overline{\text{cccc}}$. hostium a C. Caesare caesa sunt, plura capta. pugnatum saepe de recta acie, saepe in agminibus, saepe eruptionibus, bis penetrata Britannia, novem denique aestatibus vix ulla non iustissimus triumphus emeritus. Circa Alesiam vero tantae res gestae, quantas audere vix hominis, perficere paene nullius nisi dei
2 fuerit. Septimo ferme anno Caesar morabatur in Gallis, cum medium iam ex invidia Ponti et Camiliae cohaerentis

1. iunctum par 3. ab iis 4. legibus, quas 13. circumfusis 22. directa 27. Galliis 28. ex invidia potentiae male cohaerentis

1. *victus pars*] APR. *iunctum par* O. (bis una consules.) *unicum par* Ruhnk. *invictum par* Rhenanus. b. (id quod de neutro dici poterat.)
3. *hiis*] A. *iis* O. *his* PbR.
4. *leges, quas*] A. *legibus, quas* O. *legeri, quam* P. *lege, quam* bR.
6. *in animo*] APbR. *animo* Cludius.
9. *ominibus*] AbR. *omnibus* P.
13. *circumfusos*] AP. *circumfusis* bR.
22. *de recta*] A. *directa* PbR.
25. *emeritus*] APbR. *est emeritus* Criticus Berol.
25. *res gestae*] ABR. *res* Pb.
27. *Gallis*] A. *Galliis* PbR.
28. *Ponti et Camiliae*] A. (*Ponti ac Camiliae* P.) *potentiae male* Lipsius. R. (*Pompeii male* b. *Ponti male* Rhenanus.)

inter Cn. Pompeium et C. Caesarem concordiae pignus Iulia uxor Magni decessit. atque omnia inter destinatos tanto discrimini duces dirimente fortuna filius quoque parvus Pompei Iulia natus intra breve spatium obiit.
3 Tum in gladios caedesque civium furente ambitu, cuius neque finis reperiebatur nec modus, tertius consulatus soli Cn. Pompeio etiam adversantium antea dignitati eius iudicio delatus est, cuius ille honoris gloria velut reconciliatis sibi optimatibus maxime a C. Caesare alienatus est. Sed eius consulatus omnem vim in coërcitionem ambitus exeruit. quo tempore Publius Clodius a Milone candidato consulatus exemplo inutiliter facto salutari reip. circa Bovillas contracta ex occursu rixa iugulatus est.
4 Milonem reum non magis invidia facti quam Pompei
5 damnavit voluntas. quem quidem M. Cato palam lata absolvit sententia; qui si maturius tulisset, non defuissent, qui sequerentur exemplum probarentque eum civem occisum, quo nemo perniciosior reipub. neque bonis inimicior vixerat.

1 XLVIII. Intra breve deinde spatium belli civilis exarserunt initia, cum iustissimus quisque et a Caesare et a Pompeio vellet dimitti exercitus; quippe Pompeius in secundo consulatu Hispanias sibi decerni voluerat easque per triennium absens ipse ac praesidens urbi per Africanium et Petreium, consularem ac praetorium, legatos suos, administrabat et iis, qui a Caesare dimittendos exercitus
2 contendebant, ... is, qui ab ipso quoque, adversabatur. qui

12. exemplo inutili, facto consentiebat, iis

8. *velut*] A. *veluti* PbR.

10. *coërcitionem*] BbR. *coërtionem* AP.

11. *exeruit*] A., ut volebat Lipsius. *exercuit* PbR.

12. *inutiliter*] AB. *inutili* bR.

16. *qui si*] AB. *quam si* bR. *cui si* Heinsius.

20. *initia*] APbR. *incendia* Herelius. Sed Velleius non nimis accuratus est in componendis tropis.

23. *Africaniumi*] B. *Afranium* bR. *Africanum* A. *Afrannium* P.

26. *contendebant, is*] A. *contendebant, adsentabatur iis* PbR. Cum v. *adsentabatur* absit ab A., puto suppletum esse a Rhenano, ut mox inculcavit supervacaneum v. *dimittendos*. Verum cum iam Vascosanus et Lipsius proponentes *assentiebatur* senserint minus illud esse aptum, praesertim in Pompeii persona, haud dubitavi in margine apponere *consentiebat*, quod facile post similes ductus v. *contendebant* excidere poterat et quo devitatur cantilena illa *abatur — abatur*.

23. Afranium

26. *ab ipso quoque*] AB. *dimittendos ab ipsoque* P. *dimittendos* contendebant,

si ante biennium, quam ad arma itum est, perfectis muneribus theatri et aliorum operum, quae ei circumdedit, gravissima temptatus valetudine decessisset in Campania, (quo quidem tempore universa Italia vota pro salute eius primo omnium civium suscepit) defuisset fortunae destruendi eius locus et, quam aput superos habuerat magnitudinem, inlibatam detulisset ad inferos. Bello autem civili et tot, quae deinde per continuos xx. annos consecuta sunt, malis non alius maiorem flagrantioremque quam C. Curio TR. PL. subiecit facem, vir nobilis, eloquens, audax, suae alienaeque et fortunae et pudicitiae prodigus, homo ingeniosissime nequam et facundus malo publico. Huius animo voluptatibus vel libidinibus neque opes ullae neque cupiditates sufficere possent. Hic primo pro Pompei partibus, id est, ut tunc habebatur, pro rep., mox simulatione contra Pompeium et Caesarem, sed animo pro Caesare restitit. Id gratis, an accepto centies IIS. fecerit, ut accepimus, in medio relinquemus. Ad ultimum saluberrimas et coalescentis condiciones pacis, quas

5. primi 13. cuius 17. stetit 19. saluberrimas coalescentis

ab ipso quoque bR. (Ruhnkenius truncam exhibens Burerii annotationem: „Sic habet vet. exempl. *ab ipso quoque adversabatur*," se aliosque in errorem induxit, quasi Iunta et alii Edd. tantummodo ex coni., non ex Cod. auctoritate v. *dimittendos* h. l. induxissent.)

3. *temptatus*] A. *tentatus* PbR.

5. *primo*] APbR. *primi* Vascosanus. Perizonius.

13. *huius*] APR. *cuius* b.

13. *animo*] APbR. *omnino* Acidalius. A qua coni. profectus totum locum ita constituebat Wopkensius: *cuius omnino cupiditatibus vel libidinibus neque opes ullae neque voluptates sufficere possent:* similiterque Ruhnkenius *cuius insanis cupiditatibus et libidinibus* vel *cui nimio c. et l.*, cetera, ut Wopkens. Sed et per se violentae semper sunt huiusmodi transpositiones et huic obstat part. *vel*, quam propterea in *et* mutatum iit Ruhnkenius, quam necessitatem haud senserat Wopkensius. Argutius, ut saepe, loquitur Velleius. *Voluptatibus vel libidinibus* sunt ablativi, quos dicunt instrumenti, hac constructione *cuius animo neque opes ullae neque cupiditates sufficere voluptatibus vel libidinibus possent.* Hoc autem propositionis membrum *voluptatibus vel libidinibus* ad utrumque voc. et *opes* et *cupiditates* referendum est. Minus artificiose dixisset: „Animum eius neque opes ullae explebant, quibus satis voluptatum sibi pararet libidinemque satiaret, et cupiditates semper maioribus etiam libidinibus superabantur. (*huius animo*, *imo voluptatibus* cet. Luxdorph.)

17. *Caesare restitit*] AP. *Caesare stetit* bR.

19. *et coalescentis*] APR. *coalescentis* b.

et Caesar iustissimo animo postulabat et Pompeius aequo recipiebat, discussit ac rupit, unice kavente Cicerone concordiae publicae. Harum praeteritarumque rerum ordo cum iustius aliorum voluminibus promatur, tum, uti spero, nostris explicabitur.

1 XLIX. Nunc proposito operi sua forma reddatur, si prius gratulatus ero Q. Catulo, duobus Lucullis Metelloque et Hortensio, qui, cum sine invidia in rep. floruissent eminuissentque sine periculo, quieta aut certe non praecipitata fatali ante initium bellorum civilium morte
2 functi sunt. Lentulo et Marcello COSS. post urbem conditam A. CC.III. et annos LXXVIII., quam tu, M. Vinici,
3 consulatum inires, bellum civile exarsit. Alterius ducis causa melior videbatur, alterius erat firmior. hic omnia speciosa, illic valentia. Pompeium senatus auctoritas, Caesarem militum armavit fiducia. Consules senatusque cau-
4 sae, non Pompeio, summam imperii detulerunt. Nihil relictum a Caesare, quod servandae pacis causa temptari posset: nihil receptum a Pompeianis, cum altero COS. iusto esset ferocior, Lentulus vero salva rep. salvus esse non posset, M. autem Cato moriendum ante, quam ullam condicionem civis accipiendam reip. contenderet. Vir antiquus et gravis Pompei partes laudaret magis, prudens

4. iustis 4. promitur 12. D. CC. III. et ante annos 19. alter

2. *kavente*] A. antiqua scriptura.
3. *praeterirumque* P. err. typogr.
4. *iustius*] ABR. *iustis* b.
4. *promatur*] APR. *promitur* b.
10. *praecipitata fatali*] APbR. *praecipitata civitate fatali* Ruhnk. Sed *fatalis mors* unam dumtaxat constituit notionem, cui adiectiva illa adiunguntur, ut est apud Tacitum *Ann.* 6, 10. *Piso fato obiit.*
12. *A. CC.III.*] AP. DCCIII. bR. Laurent. DCCV. Krause.
12. *et annos LXXVIII.*] AB. *et ante annos LXXVIII.* O. *et LXXVIII.* PR. *et anno* LXXVIII. b.
18. *temptari*] A. *tentari* PbR.
19. *alterô*] AP. *alter* bR.
22. *civis*]APbR. *cuiusvis* Ruhnk. (*civis*, a cive impositam. Hoc dicit: „si res ita ferat, accipi conditiones posse ab externis regibus, a cive vel potentissimo nunquam posse." Recepto autem cum Fiedlero *eius* otiosum est voc. *reipublicae*, quod ipsum demonstrat verum esse *civis*.)
23. *prudens*] Cum recte locum explicassent Cuperus apud Burmannum et Ruhnkenius, nihilominus Bipontini in eum errorem induxerunt et Cludium et Fiedlerum, ut illorum commentum reciperent: *quam prudens*. Scilicet, ne error propagetur, haec est Velleii sententia: „In tanta rei publicae perturbatione omnes viri antiqui et graves, ut ego arbitror, (hinc con-

sequeretur Caesaris et illa gloriosa, illa terribiliora duceret. Ut deinde spretis omnibus, quae Caesar postulaverat, tantummodo contentus cum una legione ne retinere provinciae privatusque in urbem venire et se in petitione consulatus suffragiis P. R. committere decrevere: ratus bellandum Caesar cum exercitu Rubiconem transiit. Cn. Pompeius consulesque et maior pars senatus relicta urbe ac deinde Italia transmisere Dyrrhachium.

1 L. At Caesar Domitio legionibusque Corfini, una cum eo fuerant, potitus, duce aliisque, qui venerant abire ad Pompeium, sine dilatione dimissis, persecutus Brundusium ita, ut appareret malle integris rebus et condicionibus finire bellum quam opprimere fugientis, cum trans-
2 gressos repperisset COSS., in urbem revertit redditaque

1. gloriosiora, haec terribiliora 3. legione retinere provinciam, privatus in urbem veniret 5. committeret, decrevere. 9. legionibusque, quae Corfini una 10. qui voluerant

iunctivus) Pompeii partes utique magis laudabant verbis, sed prudentes omnes (ut ego quoque fecissem, tunc si vixissem) Caesaris partem sequebantur." Imperfecta autem haec duo minime pendent a praecedente part. *cum*; quoniam quidem prorsus inepta esset ratio: *nihil receptum a Pompeianis, cum vir antiquus — — — duceret.*

1. *gloriosa*] APbR. *gloriosiora* Cludius. Baiterus.

1. *illa terribiliora*] A. *haec terribiliora* PbR. (Hic quoque definiri nequit, utrum Amerbachius fideliter repraesentaverit Codicis scripturam ab Rhenano tacite correctam, an ipse dormitaverit.)

3. *legione ne retinere provinciae*] A. *legione retinere provinciam* O. *legione titulum retinere provinciae* PbR. ex interpolatione Rhenani Germanismum redolente. Non enim *titulum* sive nomen proconsulis Galliae Cisalpinae retinere sed ipsam provinciam obtinere cum imperio voluit, ut tradit Suetonius *Caes.* 29. *Cum adversariis autem pepigit, ut dimissis octo legionibus Transalpinaque Gallia duae sibi legiones et Cisalpina provincia vel etiam una legio cum Illyrico concederetur, quoad consul fieret.* *Ne* in Amerbachiano codice est mera geminatio, cuius generis complures in eo reperiuntur.

4. *privatusque — — venire — — committere*] AP. *privatus — — veniret — — committeret* bR. Quod Burerius annotat: „Exemplar vetus sic habet, ut legendum existimem: *committere decreverat*", eo referendum est, quod fortasse in Cod. iunctim exarata erant vv. *decrevereratus.*

9. *legionibusque Corfini una*] A. *legionibusque, quae Corfini una* Baiterus. *legionibusque Corfini, quae una* PbR. (*Corfinii* bR.)

10. *venerant*] AP. *voluerant* bR.

12. *ita*] , APbR. *iter* Ruhnk. Explica: *persecutus* consules et Pompeium *ita* (tam tarde), *ut appareret* cet. In media clausula *ut* a melioribus scriptoribus non ponitur pro *ita*, *ut*. Nec tamen abnuerem, si quis mallet: *persecutus Brundisium iter ita, ut* cet.

ratione consiliorum suorum in senatu et in contione ac miserrimae necessitudinis, cum alienis armis ad arma 3 compulsus esset, Hispanias petere decrevit. Festinationem itineris eius aliquandiu morata Massilia est, fide melior quam consilio prudentior, intempestive principalium ar- 5 morum arbitria captans, quibus hi se debent interponere, 4 qui non parentem coërcere possunt. Exercitus deinde, qui sub Africanio consulari ac Petreio praetorio fuerat, ipsius adventu vigore ac fulgore occupatus, se Caesari tradidit; uterque legatorum et quisquis cuiusque ordinis sequi eos 10 voluerat, remisit ad Pompeium.

1 LI. Proximo anno cum Dyrrhachium ac vicinia ei urbi regio castris Pompeio retinetur, qui accitis ex omnibus transmarinis provinciis legionibus, equitum ac peditum auxiliis, regumque tetrarcharum, simul dynastarum 15 copiis inmanem exercitum confecerat et mare praesidiis classium uirebatur saepserat, quo minus Caesar legiones 2 posset transmittere, sua et celeritate et fortuna C. Caesar usus nihil in mora habuit, quo minus et cum vellet, ipse exercitusque classibus perveniret et primo paene castris 20 Pompei sua iungeret, mox etiam obsidione munimentis-

2. affinis 6. ii 8. Afranio 9. adventus 11. remissi 12. vicina 13. Pompei obtineretur 15. et tetrarcharum 17. classium, ut rebatur, 19. quo minus et cum vellet et quo vellet, ipse

2. *alienis*] APbR. *affinis* Herelius; id quod requiri videtur a v. *miserrimae necessitudinis*. Nam *alienis* v. c. Gallorum, Parthorum *armis* ad arma compelli Caesari nunquam fuerat *miserrima necessitudo*.

6. *hi*] APbR. *ii* Burmannus.

8. *Africanio*]B. (*Africano* APb.) *Afranio* Burer. R.

9. *adventu*] AP. *adventus* bR.

11. *remisit*] AP. *remissi* bR.

12. *vicinia*] AB. *vicina* PbR.

13. *Pompeio retinetur*] B. (sed *o* puncto notatum.) P. *Pompei obtineretur* O. *Pompei teneretur* b. *Pompei retinetur* AR. (Propius mea coniectura quam Gelenii ac cedit ad Cod. scripturam nec minus illa firmatur consuetudine Velleiana.)

15. *tetrarcharum*] APR. *et tetrarcharum* b.

15. *simul*] A. (ut Cap. 56, 1.: *et equitum peditumque, simul elephantorum.*) *simulque* ex interpolatione PbR.

17. *uirebatur*] A. (superscr. *ut rebatur.*) P. *ut rebatur* etiam Rhenanus. bR.

19. *quo minus et cum vellet*] APbR. *quo minus et cum vellet et quo vellet* Ruhnkenius in Add. (*quo vellet* in mentem venit etiam Salmasio.) *minus eo, cum vellet* Vossius. (*minus eo et quo vellet* iuncta Vossii et Acidalii emendatione Cludius. *quo minus ad imbelles ipse* Huth.)

que eum complecteretur. Sed inopia obsidentibus quam
3 obsesserat gravior. Tum Balbus Cornelius excedente humanam fidem temeritate ingressus castra hostium saepiusque cum Lentulo conlocutus consule dubitante, quanti se venderet, illis incrementis fecit viam, quibus non Hispaniae Asiae natus, sed Hispanus in triumphum pontificatumque adsurgeret fieretque ex privato consularis. Variatum deinde praeliis, sed uno longe magis Pompeianis prospero, quo graviter impulsi sunt Caesaris milites.

1 LII. Tum Caesar cum exercitu fatalem victoriae
2 suae Thessaliam petiit. Pompeius longe diversa aliis suadentibus, quorum plerique hortabantur, ut in Italiam transmitteret, (neque hercules quicquam partibus illis salubrius fuit,) alii, ut bellum traheret, quod dignationi partium indie ipsiis magis prosperum fieret, usus impetu
3 suo hostem secutus est. Aciem Pharsalicam et illum cruentissimum Romani nomini diem tantumque utriusque exercitus profusum sanguinis et consilio inter se duo reip. capita effossumque alterum Romani imperi lumen, tot talesque Pompeianarum partium caesos viros non recipit
4 enarrandae hic scripturae modus. Illud notandum est: ut primum C. Caesar inclinatam vidit Pompeianorum aciem, neque prius neque antiquius quicquam habuit, quam in omnes partes, + ut militari et verbo et consuetudine

1. quam obsessis erat 5. non Hispaniensis natus 7. consul. Variis certatum 14. dignatione partium in dies ipsis 17. Romano 18. et conlisa 21. enarranda

1. *quam obsesserat*] A. *quam obsessis erat* PbR.

4. *consule*] A. *COS.* PbR.

5. *Hispaniae Asiae natus*]APR. *Hispaniensis natus* Lipsius. (*Hispaniae Gadibus natus* b.)

7. *ex privato*] APbR. *ex tributario* Heinsius. *ex peregrino* Bipontini.

7. *consularis*] APbR. *consul* Ruhnk. Cum ἄκυρον sit: *variatum deinde praeliis, sed* variatum *uno longe magis Pompeianis prospero,* pro: *sed unum longe magis Pompeianis prosperum fuit,* etsi zeugmate excusari potest, tamen suspicor in *consularis. variatum* latere: *consul. Variis certatum.*

11. *aliis*] APbR. *amicis* Herelius.

13. *illis*]APbR. *illius*Burmannus.

14. *dignationi*]ABP. *dignatione* bR.

15. *indie ipsiis*] B. *in dies ipsis* bR. (*indies ipsiis* A. *indies ipsis* P.)

17. *Romani*] AB. *Romano* PbR.

18. *consilio*] AP. *conlisa* bR.

21. *enarrandae*] A. *enarranda* PR. *enarrandos* b.

23. *quam in omnes partes*] APR.

utar, dimitteret. Proh dii immortales, quod huius voluntatis erga Brutum post eam vir tam mitis pretium tulit! 6 Nihil illa victoria mirabilius magnificentius clarius fuit, quando neminem nisi acie consumptum civem patria desideravit. sed munus misericordiae corrumpit pertinacia, cum libentius vitam victoriam dare, quam victi acciperent.

1 LIII. Pompeius profugiens cum duobus Lentulis consularibus Sextoque filio et Favonio praetorio, quos comites ei fortuna adgregaverat, aliis, ut Parthos, aliis, ut Africam peteret, in quo fidelissimum partium suarum haberet regem Iubam, suadentibus, Aegyptum petere proposuit memor beneficiorum, quae in patrem eius Ptolomaei, qui tum puero quam iuveni propior regnabat, Alexan- 2 driae contulerat. Sed quis in adversis beneficiorum servat memoriam? aut quis ullam calamitosis deberi putat gratiam aut quando fortuna non mutat fidem? Missi itaque ab rege, qui venientem Cn. Pompeium (is iam a Mytilenis Corneliam uxorem receptam in navem fugae comitem habere coeperat) consilio Theodoti et Achili ex-

2. postea vir 5. corrupit 6. victor iam daret 10. in qua 12. Ptolemaei 19. Achillae

quam ut omnes patres (sic) b. Sequitur locus conclamatus; nam nec ulla militaris inest formula neque Velleius dicere poterat se in his narrandis *militari consuetudine uti:* quae ineptiae remanent etiam in Ruhnkenii coniectura: *habuit, quam ut in omnes partes praecones clamantes Parce civibus! ut militari et verbo et consuetudine utar, dimitteret.* Recte e sequentibus collegit Burmannus hic iam sermonem fuisse de Bruto, quod nomen latere videtur in v. *uerbo.* Sensus autem, quaecunque demum Velleii ipsius verba fuerunt, hic, ut opinor, fuit: „ut a milite vita M. Bruto et civibus omnibus concederetur."

1. *proh*] A. *pro* PbR.

2. *Brutum*] A. *Brutum suae* PbR. Hic rursus nescimus, utrum Amerbachius casu omiserit *suae*, an Rhenanus inculcarit. Sane neque necessarium est et loco minus opportuno positum.

2. *post eam*] AP. *postea* Rhenanus. bR.

5. *corrumpit*] AP. *corrupit* Rhenanus. bR.

6. *victoriam dare*] AP. *victor iam daret* Burer. R. *victor daret* b. (In Ed. principe haud bona coniectura Rhenani: „Alias *victores darent*" operarum errore apposita est verbis seqq. *quos comites ei fortuna aggregaverat.* Hoc autem casus Iudibrio deceptus Salmasius eo deductus est, ut proponeret: *quos, ut victo restarent, comites fortuna ei aggregaverat.*)

8. *Sextoque*] AbR. *sextoque* P.

10. *quo*] AP. *qua* bR.

12. *Ptolomaei*] APb. *Ptolemaei* R.

19. *coeperat*] A. *ceperat* PbR.

19. *Achili*] B. *Achillae* Pb. *Achi* A. *Achilli* R.

ciperent hortarenturque, ut ex oneraria in eam navem, quae obviam processerat, transcenderet. quod cum fecisset princeps Romani nominis, imperio arbitrioque Aegyptii mancipii C. Caesare, Publio Servilio COSS. iugu-
3 latus est. Hic post tres consulatus et totidem triumphos domitumque terrarum orbem sanctissimi atque praestantissimi viri in id evecti, super quod ascendi non potest, duodesexagesimum annum agentis pridie natalem ipsius vitae fuit exitus, in tantum in illo viro a se discordante fortuna, ut cui modo ad victoriam terra defuerat, deesset
4 ad sepulturam. Quid aliud quam nimium occupatos dixerim, quos in aetatem et tanti et paene nostri seculi viri fefellit quinquennium, cum a C. Atilio, Quinto Servilio COS. tam foelix esset annorum digestio. quod adieci, non, ut arguerem, sed ne arguerer.

1 LIV. Non fuit non maior in Caesarem, quam in Pompeium fuerat, regis eorumque, quorum is auctoritate regebatur, fides. quippe cum venientem eum tentassent insidiis ac deinde bello lacessere auderent, utrique summo imperatorum alteri superstiti meritas poenas luere suppli-
2 ciis. Nusquam erat Pompeius corpore, adhuc ubique Iubae nomine. quippe ingens partium eius favor bellum excitaverat Africum, quod ciebat rex Iuba et Scipio vir consularis ante biennium, quam extingueretur Pompeius,

12. in aetate 14. facilis 16. Non fuit maior 20. imperatori, mortuo alteri, alteri superstiti 21. ubique nomine

2. *obviam*] temere, ut puto, omisit, Amerbachius. Item v. 7. *viri*. Neutrum, utpote necessarium, in contextu omittendum censui.

6. *atque*] A. *ac* PbR.

12. *aetatem*] AP. *aetate* Rhenanus. bR.

13. *C. Atilio, Quinto Servilio*] A. *C. Atilio et Qu. Servilio* PbR.

14. *foelix*] A. (*felix* P.) *facilis* bR.

16. *non maior*] AB. *maior* PbR. (*tamen maior* Burer. Moneo propter Cludium, qui hanc lect. tribuit Ed. Basil. 1546.)

20. *imperatorum, alteri*] APbR. *imperatori mortuo alteri, alteri* O. Alterum v. *alteri* ab altero absorptum est; v. *mortuo* coalescens v. *imperatori* peperit *imperatorum*.

20. *meritas*] APbR. *meritis* Lipsius. Cludius. Walterus affert e Cap. 23, 2. *merita eum poena — consecuta est*.

21. *ubique Iubae nomine*] A. (superscr. voc. *Iubae vivo*.) PR. *ubique nomine* b. E margine sane hic videtur intrusum *Iubae* nomen, prius appositum ad v. 23. *ubique vivebat nomine* Lipsius. Heinsius. (*ubique iure ac nomine* Huth.)

3 lectus ab eo socer. eorumque copias auxerat M. Cato ingenti cum difficultate itinerum locorumque inopia perductis ad eos legionibus ; qui vir cum summum ei a militibus deferretur imperium, honoratiori parari maluit.

1 LV. Admonet promissae brevitatis fides, quando omnia transcursu dicenda sunt. Sequens fortunam suam Caesar in pervectus in Africam et quam occiso Curione Iulianarum duce partium Pompeiani obtinebant exercitus. Ibi primo varia fortunam expugnavit uia inclinataeque 2 hostium copiae. Nec dissimilis ibi adversus victos quam in priores clementia Caesaris fuit. Victorem Africani belli Caesarem gravius excepit Hispaniense: (nam victus ab eo Pharnaces vix quicquam gloriae eius adstruxit:) quod Cn. Pompeius Magni filius, adulescens impetus ad bella maximi, ingens ac terribile conflaverat, undique ad eum adhuc paterni nominis magnitudinem sequentium ex toto 3 orbe terrarum auxiliis confluentibus. Sua Caesarem in Hispaniam comitata fortuna est, sed nullum umquam atrocius periculosiusque ab eo initum praelium, adeo ut plus quam dubio Marte descenderet equo consistensque ante recedentem suorum aciem, increpita prius fortuna, quod se in eum servasset exitum, denuntiaret militibus vestigio se non recessurum; proinde viderent, quem et quo loco 4 imperatorem deserturi forent. Verecundia magis quam virtute acies restitutae C. A. duce quam a milite fortius.

4. pareri 5. quanto 6. sint 7. Caesar pervectus in Africam est, quam 9. varia fortuna, mox pugnavit sua 25. restituta, et a duce

1. *socer*] ABbR. *sacer* P.
3. *ei a militibus*] ABbR. *ei ambitus* P.
4. *parari*] A. *pareri* O. Scil. a toto exercitu, non a se solo. *parare* P. *parere* Burer. bR.
5. *quando*] A. *quanto* PbR.
6. *sunt*] A. *sint* PbR.
7. *in pervectus*] A. *pervectus* PbR.
7. *Africam et*] A. *Africam est* O. *Africam* PbR.
9. *varia fortunam*] AP. *varia fortuna* Acidalius. R. *variam fortunam* b.
9. *expugnavit*] APb. *mox pugnavit* Acidalius. R.
6. *uia*] AP. *sua* Acidalius. R. Om. *uia* b.
10. *quam*] APbR. *quae* Krause.
12. *Caesarem*] A. *C. Caesarem* PbR.
13. *adstruxit*] APbR. *adstruxerit* (scil. si diutius in eo bello narrando immorarer.) Lipsius.
14. *ad bella*] APbR. *ad bellandum* Gelenius.
25. *restitutae C. A. duce*] B. *restituta et a duce* O. *restitutae*,

Cn. Pompeius gravi volnere, inventus inter solitudines avias, interemptus est; Labienum Varumque acies abstulit.

1 LVI. Caesar omnium victor regressus in urbem, quod humanam excedat fidem, omnibus, qui contra se arma tulerant, ignovit: magnificentissimis gladiatorii muneris, naumachiae et equitum peditumque, simul elephantorum certaminis spectaculis epulique per multos dies dati cele-
2 bratione replevit eam. Quinque egit triumphos; Gallici apparatus ex citro, Pontici ex acantho, Alexandrini testudine, Afri ebore, Hispaniensis argento rasili constitit. Pecunia ex manubiis lata paulo amplius sexiens miliens
3 sestertium. Neque illi tanto viro et tam clementer omnibus victoribus suis uso plus quinque mensium principalis quies contigit, quippe cum mense Octobri in urbem revertisset, Idibus Martiis, coniurationis auctoribus Bruto et Cassio, quorum alterum promittendo consulatum non obligaverat, contra differendo Cassium offenderat, adiectis etiam consiliariis caedis familiarissimis omnium et fortuna partium eius in summum revectis fastigium D. Bruto et C. Trebonio aliisque clari nominis viris, interemptus est.
4 cui magnam invidiam conciliarat M. Antonius, omnibus audendis paratissimus, consulatus collega, imponendo capiti eius Lupercalibus sedentis pro Rostris insigne regium, quod ab eo id repulsum erat, ut non offensum videretur.

1 LVII. Laudandum experientia consilium est Pansae atque Hirtii, qui semper praedixerant Caesari, ut prin-

1. gravis 5. et magnificentissimis 10. Africi 11. inlata 13. victoriis 19. evectis 24. ita

et a duce Ruhnk. *restitutae sunt a duce* APb. *restituta est a duce* Bipontini.

1. *gravi*] A. *gravis* PbR.

5. *magnificentissimis*] APR. *et magnificentissimis* Ruhnk. *magnificentissimisque* Burer. b.

10. *Afri*] A. *Africi* PbR.

11. *lata*] APbR. *inlata* scil. aerario O.

11. *sexiens miliens sestertium*] A. *sexies milies H-S.* PbR.

12. Vv. *tanto viro* Amerbachii ipsius, ut opinor, culpa absunt ab A.

13. *omnibus victoribus suis uso*] B. *omnibus victoriis suis uso* bR. *omnibus uso* AP.

19. *revectis*] AP. *evectis* bR.

20. *C. Trebonio*] AbR. *C. Tribonio* P.

24. *id*] AP. *ita* Rhenanus. bR.

24. *offensum*]AP. (Neutrum recte se habet. „*Aliquid mihi est offensum* = *ego offendi in aliqua re.*") *offensus* Rhenanus. bR.

cipatum armis quaesitum armis teneret: ille dictitans mori se quam timere malle, dum clementiam, quam praestiterat, expectat, incautus ab ingratis occupatus est, cum quidem plurimi praesagia atque indicia dii immortales futuri ob-
2 tulissent periculi. nam et haruspices praemonuerant, ut diligentissime Iduum Martiarum caveret diem, et uxor Calpurnia territa nocturno visu, ut ea die domi subsisteret, orabat, et libelli coniurationem nuntiantes dati ne-
3 que protinus ab eo lecti erant. sed profecto ineluctabilis fatorum vis, cuius cum fortunam mutare constituit, consilia corrumpit.

1 LVIII. Quo anno id id patravere facinus, Brutus et C. Cassius praetores erant, D. Brutus COS. designatus.
2 Hi una cum coniurationis globo stipati gladiatorum D. Bruti manu Capitolium occupavere, cum COS. Antonius (quem cum simul interimendum censuisset Cassius testamentumque Caesaris abolendum, Brutus repugnaverat dictitans nihil amplius civibus praeter tyranni — ita enim appellari Caesarem facto eius expediebat — petendum
3 esse sanguinem) convocato senatu, cum iam Dolabella, quem substituturus sibi Caesar designaverat consulem, fasces atque insignia corripuisset consulis, velut pacis auctor liberos suos obsides in Capitolium misit fidemque
4 descendendi tuto interfectoribus Caesaris dedit. et illud decreti Atheniensium celeberrimi exemplum relatum a Cicerone oblivionis praeteritarum rerum decreto patrum comprobatum est.

4. plurima ei 10. cuiuscunque 12. anno id patravere 12. M. Brutus 17. M. Brutus 22. consularia

2. *timere*] A. a prima manu, ut volebat Oudendorp. *timeri* A. a sec. manu. PbR.

4. *plurimi*] A. a prima manu. B. *plurima ei* O. *plurima* A. a sec. manu. PbR.

9. *neque protinus ab eo*] A. *ab eo neque protinus* PbR. Ignoramus hic quoque, utri maior fides tribuenda sit, Amerbachione, an Rhenano. (*dati ab obvio neque protinus* Burmannus ex Suetonio *Caes.* 81.)

10. *cuius cum*] AB. *cuiuscunque* bR. *cuius quom* P.

12. *id id*] A. *id* PbR.

12. *Brutus*] APbR. *M. Brutus* Heinsius.

17. *Brutus*] APbR. *M. Brutus* Ruhnk.

20. *Dolabella*] A. *Dolobella* PbR.

21. *consulem*] A. *COS.* PbR.

22. *consulis*] A. (*COS.* Pb.) *consularia* Aldus. R.

1 LIX. Caesaris deinde testamentum apertum est, quo C. Octavium nepotem sororis suae Iuliae adoptabat. de cuius origine etiam si praevenit et pauca dicenda sunt. 2 Fuit C. Octavius ut non patricia, ita admodum speciose equestri genitus familia, gravis sanctus innocens dives. Hic praetor inter nobilissimos viros creatus primo loco, cum ei dignatio Iulia genitam Atiam conciliasset uxorem, ex eo honore sortitus Macedoniam appellatusque in eam imperator, decedens ad petitionem consulatus obiit praetextato relicto filio, quem C. Caesar maior eius avunculus educatum apud Philippum vitricum dilexit ut suum, natumque annos XVIII. Hispaniensis militiae adsecutum se postea comitem habuit, numquam aut alio usum hospitio quam suo aut alio vectum vehiculo, pontificatusque sa- 4 cerdotio puerum honoravit. Et paratis bellis civilibus ad erudiendum liberalibus disciplinis singularis indolem iuvenis Apolloniam eum in studia miserat, mox belli 5 Getici ac deinde Parthici habiturus commilitonem. cui ut est nuntiatum de caede avunculi, cum protinus ex vicinis legionibus centuriones suas suorumque militum operam ei pollicentur neque eam spernendam Salvidienus et Agrippa dicerent, ille festinans pervenire in urbem omnem ordinationem et necis et testamenti Brundusii com-

3. etiamsi praevertenti pauca 4. speciosa 8. in ea 15. patratis 16. indolis iuvenem 20. suam 21. pollicerentur 23. omnem ordinem ac rationem et

3. *etiam si praevenit et pauca*] APR. *etiamsi praevertenti pauca;* („*praevertenti*, id est, ad alia narranda festinanti.") O. (*etiamsi praeventis pauca* Rhenanus. b. *etiamsi praenitet*, *pauca* Heinsius.) Volgatam sic explicavit Boeclerus, „ut ad Augusti commentarium, quem de vita sua scripsit, (Suet. *Oct.* 2.) respiciatur." Sed tum sane scribendum esset cum Baitero meo: *etiamsi ipse praevenit*, *pauca;* nec sic tamen satis perspicitur, cur quia Augustus de se ipse scripserit, excusatione ista opus fuerit Velleio.

4. *speciose*] A. *speciosa* PbR.

7. *Atiam*] AR. *Acciam* Pb.

8. *eam*] AP. *ea* bR.

15. *paratis*] AP. *patratis* Aldus. R. (*peractis* b.)

16. *erudiendum*] APbR. *erudiendam* Ruhnk.

16. *singularis indolem iuvenis*] APbR. *singularis indolis iuvenem* Thysius.

18. *Getici*] Ab. *Gethici* PR.

20. *suas*] AP. *suam* bR.

21. *pollicentur*] AB. *pollicerentur* PbR.

23. *ordinationem*] APR. *ordinem ac rationem* Munckerus. *ordinem* b.

perit. Cui adventanti Romam immanis amicorum occurrit frequentia, et cum intraret urbem solis orbis super caput eius curvatus aequaliter rotundatusque in colorem arcus velut coronam tanti mox viri capiti imponens conspectus est.

LX. Non placebat Atiae matri Philippoque vitrico adiri nomen invidiosae fortunae Caesaris, sed adserebant salutaria reip. terrarumque orbis fata conditorem conservatoremque Romani nominis. Sprevit itaque caelestis animus humana consilia et cum periculo potius summa quam tuto humilia proposuit sequi maluitque avunculo et Caesari de se quam vitrico cedere, dictitans nefas esse, quo nomine Caesari dignus esset visus, semet ipsum videri indignum. Hunc protinus Antonius COS. superbe excipit. neque is erat contemptus, sed metus. vixque admisso in Pompeianos hortos loquendi secum tempus dedit, mox etiam velut insidiis eius petitus sceleste insimulare coepit; in quo turpiter deprehensa eius vanitas est. Aperte deinde Antonii ac Dolabellae consulum ad nefandam dominationem erupit furor. Sestertium septiens miliens depositum a C. Caesare ad aedem Opis occupatum ab Antonio; actorum eiusdem insertis falsis civitatibusque corruptis commentariis. atque omnia pretio temperata vendente remp. consule. Idem provinciam D. Bruto designato

3. rotundatusque colorem 7. orbi 11. credere 12. semet ipsum sibi videri 21. falsis vitiatisque corrupti commentarii

3. *rotundatusque in colorem*] APbR. *rotundatusque colorem* O. scilicet hac constructione: *orbis solis super caput eius curvatus aequaliter rotundatusque imponens colorem arcus velut coronam* cet. Saepissime *in* temere ac fortuito in Velleio inculcatum esse omnes norunt; nam plus quam decies hoc factum est. (*interundatusque in colorem* Huth.)

5. *Atiae*] AR. *Acciae* Pb.

6. *invidiosae fortunae*] APbR. *invidiosamque fortunam* Ruhnk. (Verum est: „Caesaris nomen, quocum invidiosa fortuna per se coniuncta erat.")

7. *orbis*] APbR. *orbi* Burmannus.

11. *cedere*] AP. *credere* bR.

12. *ipsum*] APbR. *ipsum sibi* Lipsius.

14. *excipit*] APbR. *excepit* Cludius.

19. *sestertium septiens miliens*] A. *H-S. septies milies* PbR.

21. *civitatibusque corruptis commentariis*] APR. *vitiatisque corrupti commentarii* Cludius. *vitiatique et corrupti commentarii* Ruhnk. (*indubitateque corruptis commentariis* b.)

22. *temperata*] APbR. *tentata* Puteanus. *temerata* Heinsius. Nihil mutandum. Est: „pro pretii modo vel maiore vel minore transacta."

23. *consule*] A. *COS.* PbR.

COS. decretam Galliam occupare statuit. Dolabella transmarinas decrevit sibi. Interque naturaliter dissimillimos ac diversa volentis crescebat odium; eoque C. Caesar iuvenis cottidianis Antonii petebatur insidiis.

1 LXI. Torpebat oppressa dominatione Antonii civitas. indignatio et dolor omnibus, vis ad resistendum nulli aderat, cum C. Caesar XVIII. annum ingressus, mira ausus ac summa consecutus privato consilio maiorem senatu pro 2 rep. animum habuit primumque a Galatia, mox a Casilino veteranos excivit paternos. quorum exemplum secuti alii brevi in forma iusti coire exercitus. Mox cum Antonius occurrisset exercitui, quem ex transmarinis provinciis Brundusium venire iusserat, legio Martia et quarta cognita et senatus voluntate et tanti iuvenis indole sublatis 3 signis ad Caesarem se contulerunt. Eum senatus honoratum equestri statua, quae hodieque in Rostris posita aetatem eius scriptura indicat (qui honor non alii per CCC. annos quam L. Sullae et Cn. Pompeio et C. Caesari contigerat) pro P. R. una cum consulibus designatis 4 Hirtio et Pansa bellum cum Antonio gerere iussit. Ab eo annum agente vicesimum fortiter circa Mutinam administratum esset D. Brutus obsidione liberatus. Antonius turpi ac nuda fuga coactus deserere Italiam. Consulum autem alter in acie, alter post paucos dies ex vulnere mortem obiit.

1 LXII. Omnia ante, quam fugaretur Antonius, honorifice a senatu in Caesarem exercitumque eius decreta sunt maxime auctore Cicerone. sed, ut recessit metus,

9. Calatia 11. in formam 11. coiere 19. pro praetore 20. iussit. Id ab eo 22. administratum est et D. Brutus

3. *eoque*] APbR. Verum, cum ratio, cur C. Caesar petitus sit insidiis, non iusit in Antonii et Dolabellae mutuo odio, sed solum in Antonii pravitate, videndum ne pro *eoque* Velleius scripserit *adeoque*, quo v. aliquoties utitur in huiusmodi transitionibus.

7. XVIIII.] APR. XVIII. b.

9. *Galatia*] AP. *Calatia* bR.

11. *alii brevi*] ABbR. *alii in brevi* P.

11. *in forma*] AB. *in formam* PbR.

11. *coire*] AB. *coiere* PbR.

14. *tanti*] APbR. *tanta* Rulnk.

19. *pro P. R.*] APb. *pro praetore* Sigonius. R.

20. *Ab*] AP. *Id ab* bR.

22. *esset D.*] A. *est et D.* PbR.

erupit voluntas protinusque Pompeianis partibus rediit
2 animus. Bruto Cassioque provinciae, quas iam ipsi sine
ullo senatus consulto occupaverant, decretae. Laudati, quicunque se hiis se exercitus tradidissent. Omnia transma-
3 rina imperia eorum commissa arbitrio. quippe M. Brutus et C. Cassius nunc metuentes arma Antonii, nunc ad augendam eius invidiam simulantes se metuere, testati edictis libenter se vel in perpetuo exilio victuros, dum resp. constaret concordia, nec ullam belli civilis praebituros materiam, plurimum sibi honoris esse in conscientia facti sui, profecti urbe atque Italia, intento ac pari animo sine auctoritate publica provincias exercitusque occupaverant et, ubicunque ipsi essent, praetexentes esse remp., pecunias etiam, quae ex transmarinis provinciis Romam ab
4 quaestoribus deportabantur, a volentibus acceperant. quae omnia senatus decretis comprensa et comprobata sunt. et D. Bruto, quod alieno beneficio viveret decretus triumphus. Pansae atque Hirtii corpora publica sepultura ho-
5 norata; Caesaris adeo nulla habita mentio, ut legati, qui ad exercitum eius missi erant, iuberentur summoto eo milites adloqui. Non fuit tam ingratus exercitus, quam fuerat senatus. nam cum eam iniuriam dissimulando Caesari ferret, negavere milites sine imperatore suo ulla se
6 audituros mandata. Hoc est illud tempus, quo Cicero insito amore Pompeianarum partium Caesarem laudandum et tollendum censebat, cum aliut diceret, aliut intellegi vellet.

1 LXIII. Interim Antonius fuga transgressus Alpes, primo per conloquia repulsus a M. Lepido, (qui pontifex maximus in C. Caesaris locum furto creatus, decreta sibi Hispania adhuc in Gallia morabatur,) mox saepius in conspectum veniens militum, (cum et Lepido omnes impera-

4. quicunque se iis et exercitus 8. rei publicae 22. Caesar

4. *quicunque se hiis se exercitus*] A. *quicunque se iis et exercitus* O. *quicunque his se exercitus* PR. *quicunque his exercitus* b.

8. *resp.*] AP. *reip.* bR.

11. *pari*] scil. incepto suo. APbR. *parato* Lipsius. Burmannus.

22. *Caesari*] AP. *Caesar* bR.

26. *aliut — aliut*] A. *aliud — aliud* PbR.

28. *per conloquia*] APR. *spe conloquii* b.

tores forent meliores et multis Antonius, dum erat sobrius,) per aversam castrorum proruta vallo militibus receptus est. qui titulo imperii cedebat Lepido, cum summa viri-
2 um penes eum foret. Sub Antoni ingressum in castra Iuventius Laterensis, vir vita ac morte consentaneus, cum acerrime suasisset Lepido, ne se cum Antonio hoste iudicato iungeret, inritus consilii gladio se ipse transfixit.
3 Plancus deinde dubia, id est, sua fide diu, quarum esset partium, secum luctatus ac sibi difficile consentiens, et nunc adiutor D. Bruti designati COS., collegae sui senatuique se litteris venditans, mox eiusdem proditor, Asinius autem Pollio firmus proposito et Iulianis partibus fidus, Pompeianis adversus, uterque exercitus tradidere Antonio.
1 LXIV. D. Brutus desertus primo a Planco, postea etiam insidiis eiusdem petitus, paulatim relinquente cum exercitu fugiens, in hospitis cuiusdam nobilis viri, nomine Cameli, domo ab his, quos miserat Antonius, iugulatus est iustissimasque optime de se merito viro C. Caesari
2 poenas dedit, cuius cum primus omnium amicorum fuisset, interfector fuit et fortunae, ex qua fructum tulerat, invidiam in auctorem relegabat censebatque aequum, quae acceperat a Caesare, retinere, Caesarem, quia illa dede-
3 rat perist. Haec sunt tempora, quibus M. Tullius continuis actionibus aeternas Antonii memoriae inussit notas; sed hic fulgentissimo et scelestiore, at tribunus Cannutius
4 continua rabie lacerabat Antonium. Utrique vindicta liber-

2. per aversa castrorum proruto vallo a militibus 17. Camilli 17. ab iis 22. qui illa dederat, perisse. 25. et caelesti ore 25. Canutius canina

2. *aversam*] AP. *aversa* bR.
2. *proruta*] AP. *proruto* bR.
2. *militibus*] APbR. *a militibus* Heinsius.
12. *proposito*] APbR. *propositi* Acidalius.
14. *postea*] A. *post* PbR.
17. *Cameli*] APR. *Camilli* Appianus. *Capeni* b.
17. *his*] APbR. *iis* Cludius.
19. *primus*] A. Iunta. bR. *primis* P.
22. *quia*] AP. *qui* bR.
23. *peristhaec* (sic)] A. *perisse* Rhenanus. Iunta. R. *peris. Haec* P. *perire. Haec* Item Rhenanus. b.
25. *scelestiore*] A. *caelesti ore* PbR.
25. *Cannutius*] APb. sicque etiam Cod. Mediceus Cic. *ad Fam.* 12, 3. *Canutius* Aldus. R.
26. *continna* (sic)] A. *canina* Ruhnk. *continua* PbR.

tatis morte stetit. sed tribuni sanguine commissa proscriptio, Ciceronis vel satiato Antonio paene finita. Lepidus deinde a senatu hostis iudicatus est, ut ante fuerat Antonius.

1 LXV. Tum inter eum Caesaremque et Antonium commercia epistolarum et condicionum iacta mentio, cum Antonius et subinde Caesarem admoneret, quam inimicae ipsi Pompeianae partes forent et in quod iam emersissent fastigium et quanto Ciceronis studio Brutus Cassiusque attollerentur, denuntiaretque se cum Bruto Cassioque, qui iam decem et septem legionum potentes erant, iun-cturum vires suas, si Caesar eius aspernaretur concordiam, diceretque plus Caesarem patris quam se amici ultioni 2 debere. tur inita potentiae societas et hortantibus orantibusque exercitibus inter Antonium etiam et Caesarem facta adfinitas, cum esset privigna Antoni desponsa Caesari. consulatumque iniit Caesar pridie quam viginti annos impleret x. Kal. Octobres cum collegaq. Pedio post urbem conditam abhinc annis ACCVIII., ante LXXII., quam tu, M. 3 Vinici, consulatum inires. Vidit hic annus Ventidium per quam urbem inter captivos Picentium in triumpho ductus erat, in ea consularem praetextam iungentem praetoria. Idem hic postea triumphavit.

1 LXVI. Furente deinde Antonio simulque Lepido, quorum uterque, ut praediximus, hostes iudicati erant, cum ambo mallent sibi nuntiari, quid passi essent, quam

2. velut 12. adiiceretque 13. debere. Igitur 17. collega Q. Pedio 18. annos 18. DCCVIIII. 25. quid patrassent

2. *paene*] A. *poena* Pb. *velut satiato Antonio poena, finita* ex parte cum Puteano R. Sed praestat *paene*, et ad v. *satiato* facillime ex v. *sanguine* hic quoque idem vocabulum suppletur.

5. *iacta*] APbR. *facta* Burer.

6. *et subinde Caesarem admoneret, quam*] APbR. *subinde Caesarem admoneret, et quam* Bipontini. Krause.

12. *diceretque*] APbR. *adiiceretque* Herelius. Hoc *que* respondet v. *et* ante v. *subinde*.

12. *ultioni*] A. a prima manu. bR. *ultione* A. a sec. m. P.

13. *tur*] AP. *Igitur* Rhenanus. bR. *Tum* Burer. Bipontini.

17. *collegaq. Pedio*] A. *collega Q. Pedio* PbR.

18. *annis*] APbR. *annos* O. Omittit *abhinc* b.

18. *ACCVIIII.*] AP. *DCCVIIII.* bR. Laurent. *DCCXI.* Varr.

19. *M. Ventidium*] A. a prima manu; sed *M.* expunctum.

21. *praetoria*]AP. *praetoriae* bR.

25. *cum*] AR. *quom* P. *quum* b.

25. *passi essent*] APbR. *patrassent* Sauppius. *possent* Herelius.

quid emeruissent, repugnante Caesare, sed frustra adversus duos, instauratum Sullani exempli malum, proscriptio.
2 Nihil tam indignum illo tempore fuit, quam quod aut Caesar aliquem proscribere coactus est aut bullo Cicero proscriptus est. abscissaque scelere Antonii vox publica est, cum eius salutem nemo defendisset, qui per tot annos et publicam civitatis et privatam civium defenderat.
3 Nihil tamen egisti, M. Antoni, (cogit enim excedere propositi formam operis erumpens animo ac pectore indignatio) nihil, inquam, egisti mercedem caelestissimi oris et clarissimi capitis abscissi numerando auctoramentoque funebri ad conservatoris quondam reipub. tantique consulis
4 inritando necem. Rapuisti tum Ciceroni lucem sollicitam et aetatem senilem et vitam miseriorem te principe quam sub te triumviro mortem: famam vero gloriamque facto-
5 rum atque dictorum adeo non abstulisti, ut auxeris. Vivit vivetque per omnem seculorum memoriam. dumque hoc vel forte vel providentia vel utcunque constitutum rerum naturae corpus, quod ille paene solus Romanorum animo vidit, ingenio complexus est, eloquentia inlumina-
vit, manebit incolume, comitem aevi sui laudem Ciceronis trahet omnisque posteritas illius in te scripta mirabitur,

4. aut ab ullo 5. abscisaque 11. abscisi 13. invitando 13. tu M. Ciceroni

1. *emeruissent*] PR. *meruissent* A. (ut videtur, ex correctione.) b. Baiterus et ex parte iam Hottingerus volgatam sic interpretatur; „hic ipse nuntius, hostes sese indicatos esse, haud ingratus iis accidit; ita enim, cum furerent, caussari poterant se gravissima iniuria affectos esse: hoc enim tantummodo iis obversabatur, cum minime cogitarent, quid meruissent, scilicet hanc iustam esse sceleris sui poenam." Praestare tamen videtur Sauppii emendatio: „cum ambo mallent cotidie sibi nuntiari, quae scelera patrassent, (eorum iussu patrata essent) quam quas meritas poenas ab hostibus patriae repeteret senatus."

2. Vv. *adversus duos* absunt ab A. nec tamen a Rhenano inculcata puto, sed temere omissa ab Amerbachio.

4. *aut bullo*] AP. *aut ab ullo* Rhenanus. R. *aut ab illo* Item Rhenanus. b.

5. *abscissaque*] A. *abscisaque* PbR.

11. *abscissi*] A. *abscisi* PbR.

13. *inritando*] APb. *invitando* Lipsius. R. (Quod Heinsius volgatam defendit Q. Haterii apud Senecam Suasoria VII. sententia: *Non feres, inquam, et iterum irritare inimicum in mortem tuam cupies,* huc minus quadrat. Verbis *irritamur* in mortem alicuius; mercede ad mortem alicuius *invitamur.*)

13. *tum Ciceroni*] AP. *tu M. Ciceroni* bR.

tuum in eum factum execrabitur citius quem mundo genus hominum quam cedet.

1 LXVII. Huius totius temporis fortunam nec deflere quidem quisquam satis digne potuit, adeo nemo expri-
2 mere verbis potest. Id tamen notandum est, fuisse proscriptos uxorum fidem summam, libertorum mediam, servorum aliquam, filiorum nullam. adeo difficilis est homi-
3 nibus utcunque conceptae spei mora. Ne quid ulli sanctum relinqueretur, vel in dotem invitamentumque sceleris Antonius L. Caesarem avunculum, Lepidus Paulum fratrem proscripserant; nec Planco gratia defuit ad impetrandum,
4 ut frater eius, Plancus Plotius proscriberetur. eoque inter iocos militaris, qui currum Lepidi Plancique secuti erant, inter execrationem civium usurpabant hunc versum:

De germanis, non de Gallis duo triumphant consules.

1 LXVIII. Suo praeteritum loco referatur; neque enim persona umbram actae rei capit. dum in acie Pharsalica + Africaque de summa rerum Caesar dimicat, M. Caelius, vir eloquio animoque Curioni simillimus, sed in utroque perfectior, nec minus ingeniose nequam cum im-
modica quidem servari posset, quippe peior illi res fami-
2 liaris quam mens erat, in praetura novarum tabularum

1. citiusque in mundo 2. quam M. Cicero occidet. 3. ne deflere 5. fuisse in proscriptos 9. velut in 17. facit 20. cum ne in otio quidem

1. *citius quem mundo*] A. *citiusque in mundo* PbR.

2. *quam cedet*] APbR. *quam M. Cicero occidet* O. partim cum Grutero, qui coniecit: *quam Cicero cadet*. (In litt. *m.* latet praenomen *M.* in litt. *c* nomen *Cicero*. Nihil utique frequentius apud scriptores librarios quam: *M. T. C.*, *M. C.* In ultima littera v. *Cicero* et Cod. *cedet*, latet potius *occidet* quam Rhenani *cadet*. Quod si *cedet* aliquis defendat, ei legendum erit ex vestigiis Cod. A. *citiusque mundo, cadet* autem debetur Rhenano.)

3. *nec*] AB. Editio princeps altera. *ne* Editio princeps prima. bR.

5. *proscriptos*] A. *in proscriptos* PbR.

9. *vel*] AP. *velut* bR.

14. *inter*]APbR. *et inter* Heinsius.

17. *capit*] APbR. *facit* Munckerus.

18. *Africaque*] APbR. *circaque* Lipsius. Videndum tamen, ne molestum vocabulum ortum sit e mera geminatione: *PHARSALICA ALICADE*. Nam etiam *circaque* h. l. nimium quantum languet.

20. *cum immodica quidem*] A. *cum ne in otio quidem* O. *cum in modica quidem* P. *cum ne a diis quidem* b. *cum in otio ac quiete servari non posset* Ruhnk.

auctor extitit nequiitque senatus et auctoritate COSS. deterreri, accito etiam Milone Annio, qui non imperator reditu Iulianis partibus infestus erat, in urbe seditionem haud magis occulte bellicum tumultum movens, primo summotus a rep., mox consularibus armis auctore senatu
3 circa Turios oppressus est. Incepto pari similis fortuna Milonis fuit. qui Compsam in Irpinis oppugnans ictusque lapide tum P. Clodio, tum patriae, quam armis petebat, poenas dedit, vir inquies et ultra fortem temerarius.
4 Quatenus autem aliquid ex omissis peto, notetur immodica et intempestiva libertate usos adversus C. Caesarem Marullum Epidium Flavumque Caesetium TR. PL., dum arguunt in eo regni voluntatem, paene vim dominationis
5 expertos. in hoc tamen saepe lacessiti principis ira excessit, ut censoria potius contemptus nota quam animadversione dictatoria summoveret eos a rep. testareturque esse sibi miserrimum, quod aut natura sua ei excedendum foret aut minuenda dignitas. Sed ad ordinem revertendum est.

1 LXIX. Iam et Dolabella in Asia C. Trebonium consularem, cui succedebat, fraude deceptum Zmyrnae occi-

1. senatus consulto et auctoritate consulis 2. non impetrato 3. seditionem, at in agris occulte 6. Thurios 7. Hirpinis 8. cum P. Clodio 15. discessit 15. contentus

1. *senatus et auctoritate COSS.*] A. (sed *consulum.*) Pb. R. sed *COS.*, ut sit *consulis*? (Servilii, qui unus tunc in urbe erat; quomodo scribendum vidit Lipsius.) *senatus consulto* (*S. C.*) *et auctoritate consulis* O. (*senatus et consulis auctoritate* Cludius. *senatus auctoritate et COSS.* b.)

2. *imperator*] A. *impetrato* PR. (*imperato* b.)

4. *haud magis*] AP. *at in agris* Lipsius et Rulnk. *aut magis* Rhenanus. b.

6. *Turios*] APb. *Thurios* R.

7. *Irpinis*] APbR. *Hirpinis* Cludius.

8. *tum P. Clodio*] APbR. *cum P. Clodio* O.

9. *fortem*] BR. *sortem* APb. Est sententia vere Velleiana: „qui fortis quidem erat, sed ita, ut temerarius prope dici posset."

10. *peto*] APbR. *repeto* Heinsius.

12. *Caesetium*] BbR. *Caesetiam* AP.

15. *excessit*] APbR. *discessit* O. (Ut volgo dicitur *in alicuius sententiam discedere*, sic Velleius nova saepe captans Caesarem ipsum in sententiam, quam refert, *discessisse* dicit. *Excessit* autem et sententiae ipsi adversatur et ortum videtur ex seq. *excedendum.*)

15. *contemptus*] AB. *contentus* PbR.

21. *Zmyrnae*] A. *Smyrnae* PbR.

derat, virum adversus merita Caesaris ingratissimum participemque caedis eius, a quo ipse in consulare provectus
2 fastigium fuerat. Et C. Cassius acceptis a Staio Murco et Crispo Marcio praetoriis viris, imperatoribus, qui praevalidis in Syria legionibus inclusum Dolabellam, qui prae-
occupata Asia in Syriam pervenerat, Laodicia expugnat ea urbe fecerat, (ita tamen ut adiectum servi sui Dolabella non segniter cervicem daret;) et decem legiones in
3 eo tractu sui iuris fecerat. Et M. Brutus C. Antonio fratri M. Antonii in Macedonia Atinioque circa Dyrrhachium volentis legiones extorserat, sed Antonium bello lacessierat, Vatinius dignatione obruerat. cum et Brutus cuilibet ducum praeferendus videretur et Vatinius nulli nōī
4 non esset postferendus. (in quo deformitas corporis cum turpitudine certabat ingenii, adeo ut animus eius dignissimo domicilio inclusus teneretur.) eratque septem legioni-
5 bus validus. et lege Pedia, quam COS. Pedius collega Caesaris tulerat, omnibus, qui Caesarem patrem interfecerant, aqua ignique damnatis interdictum erat. quo tempore Capito patruus meus, vir ordinis senatorii, Agrippae
6 subscripsit in C. Cassium. Dumque ea in Italia geruntur,

3. Statio 4. imperatoribusque praevalidis 6. Laodiciae expugnata ea urbe ceperat 7. ut ad ictum 10. Vatinioque 12. Vatinium 13. nulli non 17. at lege

24. *Staio*] Pb. *Statio* Ursinus. R. (*Caio* A. ex falsa correctione, ut videtur. Nam si Cod. Murbac. sic habuisset, cur tandem *Staio* dedisset Rhenanus margini apponens: „Alias, *a Sexto*.“?)

4. *imperatoribus qui praevalidis*] AP. *imperatoribusque, praevalidis* Bonhommeus. R. *imperatoribus, praevalidis* b.

6. *Laodicia*] AB. *Laodiciae* Vossius. R. *Laodiceam* P.

6. *expugnat*] AB. *expugnata* PbR. (*expugnata urbe* Baiterus.)

7. *fecerat*] AP. *ceperat* Vossius. *interfecerat* Rhenanus. bR. (*confecerat* Cludius.) (*Laodicea expugnata interfecerat* b.)

7. *adiectum*] AP. *ad ictum* Rhenanus, bR.

10. *Atinioque*] A. *Vatinioque* PbR.

11. *volentis*] ABbR. *volventis* P.

13. *Vatinius*] AP. *Vatinium* bR.

13. *nulli noī non*] A. ex mera geminatione. *nulli non* Aldus. *nulli nomini non* PbR.

14. *deformitas corporis*] ABbR. *deformitas* P.

17. *et lege*] APbR. *at lege* Lipsius.

19. *ignique damnatis interdictum*] APbR. *ignique interdictum* Delbenius. Cum vix ullam offensionem haberet: *damnatis aqua ignique interdictum erat*, ego etiam in inversione acquiesco. Cfr. Taciti *Ann.* 3, 38. *aqua et igni interdictum reo*; hic proprie *reo*, Velleius minus accurate *damnatis*.

acri atque prosperrimo bello Cassius Rhodum, rem immanis operis, ceperat; Brutus Lycios devicerat; et inde in Macedoniam exercitus traiecerant, cum per omnia repugnans naturae suae Cassius etiam Bruti clementiam vinceret. Neque reperias, quos aut pronior fortuna comitata sit aut veluti fatigata maturius destituerit quam Brutum et Cassium.

1 LXX. Tum Caesar et Antonius traiecerunt exercitus in Macedoniam et aput urbem Philippos cum M. Bruto Cassioque acie concurrerunt. Cornu, cui Brutus praeerat, impulsis hostibus castra Caesaris cepit. nam ipse Caesar, etiamsi infirmissimus valetudine erat, obibat munia ducis, oratus etiam ab Artorio medico, ne in castris
2 remaneret, manifeste denuntiatione quietis territo. Id autem, in quo Cassius fuerat, fugatum ac male mulctatum in altiora receperat Loca. Tum Cassius ex sua fortuna eventum collegae aestimans, cum dimisisset evocatum iussissetque nuntiari sibi, quae esset multitudo ac vis hominum, quae ad se tenderet; tardius eo nuntiante, cum in vicino esset agmen cursu ad eum tendentium neque pulvere facies aut signa denotari possent, existimans hostes esse, qui inruerent, lacerna caput circumdedit exten-
3 tamque cervicem interritus liberto praebuit. Deciderat Cassii caput, cum evocatus advenit nuntians Brutum esse victorem. qui cum imperatorem prostratum videret, Sequar, inquit, eum, quem mea occidit tarditas, et ita in gladium
4 occubuit. Post paucos deinde dies Brutus conflixit cum hostibus et victus acie cum in tumultum nocte ex fuga

14. manifestae 15. mulcatum in altiora se receperat 27. incubuit 28. tumulum

14. *manifeste*] APb. *manifestae* O. (Somnium scil. ipsum erat manifestum, clare et aperte Caesaris periculum annuntiabat; propiusque hoc ad Cod. lectionem accedit et stilum Velleii huiusmodi inversiones vehementer amantis refert.) *manifesta* Heinsius. R.

15. *mulctatum*] A. *mulcatum* Puteanus. R. *multatum* Pb.

16. *receperat*]AP. *se receperat* bR.

18. *nuntiari*] A. *nuntiare* PbR.

27. *occubuit*] A. et miro casu nescio qui apud Vossium. *incubuit* PbR. (Puto errorem esse Amerbachii. Fortasse in Cod. scriptum extabat iunctim *gladiumincubuit* vel *gladiumcubuit*, unde ille *occubuit*, Rhenanus rectius *incubuit* elicuerit.)

28. *tumultum*] AP. *tumulum* bR.

se recepisset, impetravit a Stratone Aegeate familiari suo, ut manum morituro commodaret sibi; reiectoque laevo super caput brachio, cum mucronem gladii eius dextera tenens sinistrae admovisset mammillae, ad eum ipsum locum, qua cor emicat, impellens se in volnus, uno ictu transfixus expiravit.

1 LXXI. Protenus Mesalla fulgentissimus iuvenis, proximus in illis castris Bruti Cassiique auctoritati, cum essent, qui eum ducem poscerent, servari beneficio Caesaris maluit quam dubiam spem armorum temptare amplius; nec aut Caesari quicquam ex victoriis suis fuit laetius quam servasse Corvinum aut maius exemplum hominis grati ac pii, quam Corvinus in Caesarem fuit. Non
2 aliud bellum cruentius caede clarissimorum virorum fuit. Tum Catonis filius cecidit. eadem Lucullum Hortensiumque eminentissimorum civium filios fortuna abstulit; nam Varro ad ludibrium morituros Antonii digna illo ac vera
3 de exitu eius magna cum libertate ominatus est. Drusus Livius Iuliae Augustae pater et Varus Quintilius ne temptata quidem hostis misericordia alter se ipse in tabernaculo interemit; Varus autem liberti, quem id facere coëgerat, manu, cum se insignibus honorum velasset, iugulatus est.

1 LXXII. Hunc exitum M. Bruti partium septimum et xxx. annum agentis fortuna esse voluit, corrupto animo eius in diem, quae illi omnis virtutes unius temeri-
2 tate fecit abstulit. Fuit autem dux Cassius melior quanto vir Brutus. e quibus Brutum amicum habere malles, inimicum magis timeres Cassium; in altero maior vis, in altero virtus. qui si vicissent, quantum reip. interfuit Cae-

6. exspiravit protenus. Messala 25. incorrupto 26. temeritate facti

6. *expiravit. Protenus Mesalla*] Sic distinguunt APb. (Pb. sic: *expiravit. Protinus Messalla.*) *exspiravit protenus. Messalla* Schefferus. R. (*exspiravit. Corvinus Messalla* Bipontini.)

10. *temptare* — — *temptata*] A. *tentare* — — *tentata* PbR.

16. *nam Varro*] Hoc corruptum nonnemini visum sic explicandum reor: „Cato, Lucullus, Hortensius in ipsa acie ceciderunt; non Varro; nam is cet."

25. *corrupto*] APb. *incorrupto* Tollius. R.

27. *fecit*]AP. *facti* Rhenanus.bR.

sarem potius habere quam Antonium principem, tantum
3 rettulisset habere Brutum quam Cassium. Cn. Domitius,
pater L. Domiti nuper a nobis visi eminentissimae ac no-
bilissimae simplicitatis viri, avus huius Cn. Domiti, cla-
rissimi iuvenis, occupatis navibus cum magno sequentium
consilia sua comitatu fugae fortunaeque se commisit se-
4 met ipso contentus duce partium. Status Murcus, qui
classi et custodiae maris praefuerat, cum omni commissa
sibi parte exercitu naviumque Sex. Pompeium Cn. Magni
filium, qui ex Hispania revertens, Siciliam armis occu-
5 paverat, petit. adque me T e Brutianis castris et ex
Italia aliisque terrarum partibus, quos praesenti periculo
fortuna subduxerat, proscripti confluebant. quippe nul-
lum habentibus statum quilibet dux erat idoneus; cum
fortuna non electionem daret, perfugium ostenderet exi-
tialemque tempestatem fugientibus statio pro portu foret.
1 LXXIII. Hic adulescens erat studiis rudis, is ser-
mone barbarus, impetu strennuus, manu promptus, cogi-
tator celer, fide patri dissimillimus, libertorum suorum
libertus servorumque servus, speciosis invidens, ut pare-
2 ret humillimis. quem senatus paene totus adhuc e Pom-
peianis constans partibus post Antonii A Mutinam fugam
eodem illo tempore, quo Bruto Cassioque transmarinas
provincias decreverat, revocatum ex Hispania, ubi adver-
sus eum clarissimum bellum Pollio Asinius praetorius
gesserat, in paterna bona restituerat et orae maritimae
3 praefecerat. Istum, ut praediximus, occupata Sicilia ser-
vitia fugitivosque in numerum exercitus sui recipiens
magnum modum legionum effecerat, per quem Menam

7. Statius 9. exercitus 11. ad quem et e 17. rudis, sermone 18. strenuus 22. a Mutina 27. Is tum 29. perque Menam

7. *Status*] A. *Statius* R. *Stacius* Pb.
9. *exercitu*] AP. *exercitus* bR.
11. *petit*] APR. *petiit* b.
11. *adque me T e*] AB. *ad quem et e* PbR.
15. *perfugium*] APR. *sed perfugium* b.
17. *rudis is*] A. *rudis* PbR.
18. *strennuus*] A. *strenuus* PbR.
18. *cogitator*] APbR. *cogitatu* Scheffer. (Ruhnk.) Fiedler. *cogitatione* Rhenanus. Cludius.
22. *Antonii A Mutinam fugam*] B. *Antonii a Mutina fugam* Burer. bR. *Antonianam fugam* AP.
27. *Istum*] AP. *Is tum* bR.
29. *per quem*] A. *perque* PbR.

et Menecraten paternos libertos, praefectos classium, latrociniis ac praedationibus infestato mari ad se exercitumque tuendum rapto utebatur, cum eum non depuderet vindicatum armis ac ductum patris sui mare infestare piraticis sceleribus.

1 LXXIV. Fractis Brutianis Cassianisque partibus Antonius transmarinas obiturus provincias substitit. Caesar in Italiam se recepit eamque longe quam speraverat tu-
2 multuosiorem repperit. Quippe L. Antonius COS. vitiorum fratris sui consors, sed virtutum, quae interdum in illo erant, expers, modo apud veteranos criminatus Caesarem, modo eos, qui + iuste divisione praediorum nominatisque colonis agros amiserant, ad arma conciens
3 magnum exercitum conflaverat. Ex altera parte uxor Antoni Fulvia, nihil muliebre praeter corpus gerens, omnia armis tumultuque miscebat. Haec bellis sedem Praeneste ceperat. Antonius pulsus undique viribus Caesaris Perusiam se contulerat. Plancus, Antonianarum adiutor partium, spe magis ostenderat auxilii, quam opem ferebat
4 Antonio. Usus Caesar virtute et fortuna sua Perusiam expugnavit. Antonium inviolatum demisit. in Perusinos magis ira militum quam voluntate saevitum ducis. urbs incensa, cuius initium incendii princeps eius loci fecit Macedonicus, qui subiecto rebus ac penatibus suis igni transfixum se gladio flammae intulit.

4. ductu 13. coloniis 16. belli 19. spem 21. dimisit

4. *ductum*] A. *ductu* PbR.

5. *sceleribus*] APbR. *celocibus* Lipsius. *celetibus* Ruhnk.

7. *substitit*] APbR. Burmannus supplet *in Asia*, Krause *in Macedonia*.

9. *repperit*] A. *reperit* PbR.

12. *iuste*] APbR. *iniuste* Lipsius prob. Baitero. *iuxta* Walch *Melet. crit.* p. 38. Ut ex appositis exemplis apparet (Sallust. *Cat.* 47. *iuxta bonos et malos libidinose interficere.* Tacit. *Hist.* 1, 10. *vir secundis adversisque iuxta famosus* cet.) ita accepit ac si esset: *aeque divisione nominatisque coloniis* vel si mavis, *partim divisione, partim nominatis coloniis*; id quod locum non habet. Languet autem Ruhnkenii *instituta*. Ego in litteris *iu* non video nisi geminationem praecedentium *ui*; sed quid lateat, ignoro. Nam et *qui ante*, quod aliquando in mentem venerat, nunc frigere mihi videtur.

13. *colonis*] APbR. *coloniis* Ruhnk.

16. *bellis*] APR. *belli* b.

19. *spe*] AB. *spem* PbR.

21. *demisit*] A. *dimisit* PbR.

1 LXXV. Per eadem tempora exarserat in Campania bellum, quod professus eorum, qui perdiderant agros, patrocinium, ciebat T. Claudius Nero praetorius et pontifex, T. Caesaris pater, magni viri animi doctissimique ingenii. id quoque adventu Caesaris sepultum atque dis-
2 cussum est. Quis fortunae mutationes, quis dubios rerum humanarum casus satis mirari queat? quis non diversa praesentibus contrariaque expectatis aut speret aut timeat?
3 Livia nobilissimi et fortissimi viri Drusi Calidiani filia, genere probitate forma Romanarum eminentissima, quam postea coniugem Augusti vidimus, quam transgressi ad deos sacerdotem ac filiam, tum fugiens mox futuri sui Caesaris arma nus bimum hunc Tiberium Caesarem, vindicem Romani imperii futurumque eiusdem Caesaris filium gestans si nuper avia itinerum vitatis militum gladiis uno comitante, quo facilius occultaretur fuga, pervenit ad mare et cum viro Nerone pervecta in Siciliam est.

1 LXXVI. Quod alieno testimonium redderem, meo non fraudabo avum meum. quippe C. Velleius honoratissimo inter illos CCCLX. iudices loco a Cn. Pompeio lectus, eiusdem Marcique Bruti ac Tironis praefectus fabrum, vir nulli secundus, in Campania digressu Neronis a Neapoli, cuius ob singularem cum eo amicitiam partium adiutor fuerat, gravis iam aetate et corpore comes esse non pos-
2 set, gladio se ipse transfixit. Inviolatam excedere Italia Caesar passus Fulviam Plancumque muliebris fugae co-

3. Ti. 4. Ti. 4. vir animi fortissimique ingenii 9. Claudiani 13. arma minus bimum 15. sinu per 18. eo 21. Ti. Neronis 24. cum comes esse

3. *T.*] APR. bis. *Tib.* b. bis.
4. *viri*] AB. *vir* PbR.
4. *doctissimique*] APbR. *fortissimique* O. (Haec duo vv. confunduntur etiam in Ciceronis Sestianae §. 131. *optimorum et doctissimorum virorum*, ubi cum Garatonio legendum *fortissimorum*.) *promptissimique* Ruhnk.
9. *Calidiani*] APb. *Claudiani* Burer. R.
12. *Caesaris arma nus bimum*] AP. *Caesaris arma minus bimum* Vossius. *Caesaris arma vix bimum* b. *Caesaris manus bimum* R.
15. *si nuper*] A. *sinu per* PbR.
18. *meo*] A. *eo* bR. *in eo* P.
21. *Tironis*] A. *Ti. Neronis* Aldus. R. *Tyronis* Pb.
24. *corpore comes esse*] B. *corpore cum comes esse* Puteanus. R. *corpore cum esse* AP. (*corpore, cum eum sequi non posset* b.)

mitem. nam Pollio Asinius cum septem legionibus diu retenta in potestate Antonii Venetia, magnis speciosisque rebus circa Altinum aliasque eius regionis urbes editis, Antonium petens, vagum adhuc Domitium, quem digressum e Brutianis castris post caedem eius praediximus et proprae classis factum ducem, consiliis suis electum ac fide data iunxit Antonio. Quo facto, quisquis aequum se praestiterit, sciat non minus a Pollione in Antonium quam ab Antonio in Pollionem esse conlatum. Adventus deinde in Italiam Antonii praeparatusque contra eum Caesaris habuit belli metum, sed pax contra Brundisium composita. Per quae tempora Rufi Salvidieni scelesta consilia patefacta sunt. qui natus obscurissimis initiis parum habebat summam accepisse et proximus a Cn. Pompeio ipsoque Caesare ex equestri ordinis COS. creatus esse, nisi in is ascendisset equo infra se et Caesarem videret et remp.

LXXVII. Tum expostulante consensu populi, quem gravis urebat infesto mari annona, cum Pompeio quoque circa Misenum pax inita, qui haud absurdo, cum in navi Caesaremque et Antonium coena exciperet, dixit in Carinis suis se coenam dare, referens hoc dictum ad loci nomen, in quo paterna domus ab Antonio possidebatur. In hoc pacis foedere placuit Siciliam Achaiamque Pompeio concedere. in quo tamen animus inquies manere non potuit. Id unum tantummodo salutare + adventu suo

5. propriae 6. illectum 11. circa 14. summa 15. ordine 15. in id ascendisset, e quo 19. absurde

5. *proprae*] B. *propriae* APbR.
6. *electum*] AP. *illectum* bR.
7. *Quo facto*] APbR. *cui facto* Acidalius.
10. *praeparatusque*] APR. *paratusque* b.
10. *contra eum Caesaris*] ABbR. *Caesaris contra eum* P.
11. *contra*] AB. *circa* PbR.
12. *Rufi*] AR. *Ruffi* Pb.
14. *summam*] APb. *summa* Acidalius. R.
15. *equestri*] BbR. *equestris* P. (*sequestri* A.)
15. *ordinis*] ABP. *ordine* bR.
15. *is*] AB. *id* Puteanus. R.
16. *equo*] B. *e quo* APR. (*ni simul ascendisset, e quo* P. *ni simul ascendisset, aeque* b.)
19. *absurdo*] AP. *absurde* Rhenanus. bR.
25. *adventu suo*] APb. R. (hic []. Sed emendandum videtur, non eiiciendum, cum eo omisso ex meo saltem sensu nimis manca evaderet sententia. Quid, quod lectio Cod. A. significat gravius hic latere mendum, ortum procul dubio, ut notavit iam Ruhnkenius, ex eo, quod librarii oculi

patriae tulit, quod omnibus proscriptis aliisque, qui ad eum ex diversis causis fugerant, reditum salutemque
3 pactus est. quae res et alios clarissimos viros et Neronem Claudium et M. Silanum, Sentium Q. Saturninum et Atruncium ac Titium restituit reip. Statium autem Murcum, qui adventu suo classisque celeberrimae vires eius duplicaverat, insimulatum falsis criminationibus, quia talem virum collegam officii Mena et Menotrades fastidierant, Pompeius in Sicilia interfecerat.

1 LXXVIII. Hoc tractu temporum Octaviam sororem Caesaris M. Antonius duxit uxorem. Pompeius in Siciliam, Antonius in transmarinas provincias, quas magnis momentis Labienus ex Brutianis castris profectus ad Parthos, producto eorum exercitu in Syriam interfectoque legato Antonii concusserat. qui virtute et ductu Venti divina cum Parthorum copiis celeberrimoque iuvenum
2 Pacoro regis filio extinctus est. Interim Caesar per haec

4. Sentiumque Saturninum 5. Arruntium 5. Statium 8. Menecrates 11. uxorem ..... in transmarinas 13. molimentis 14. perducto 15. Ventidi una cum

deerrarunt in seqq. vv. *adventu suo*, unde huic loco certe *suo* videtur adhaesisse. Recta quidem sententia, Latinitate quoque a Velleiana minime abhorrente reponeretur: *id unum tantummodo acceptum patria ei tulit* vel, quod usitatius est, *ei rettulit*.)

1. *tulit*] A. *attulit* PbR.

4. *Silanum*] ABR. *Syllanum* Pb.

4. *Sentium Q.*] AB. *Sentiumque* PbR.

5. *Atruncium*] B. *Aruntium* bR. (Melius *Arruntium*.) *Atruntium* AP.

5. *Statium*] APb. *Statium* R.

8. *Menotrades*] B. *Menecrates* Rhenanus. bR. *Menocrates* A. *Menocres* P.

11. *uxorem. Pompeius*] A. *uxorem. Redierat Pompeius* PbR. *Redierat* videtur inculcatum ab Rhenano; siquidem non intelligo, cur Velleius ipse haec memorasset de Pompeii in Siciliam reditu, qui tamen, ut est supra, Murcum *in Sicilia* interfecerat. Et quo pertinet omnino ista inter *Pompeium* et *Antonium* ἀντίθεσις? Fueruntne haec *Pompeius in Sicilia* margini adscripta superioribus illis *Pompeius in Sicilia interfecerat*, *Antonius* autem his: *hoc tractu — — — uxorem?* Similes scilicet annotationes in margine habuisse videtur ipse iam Codex Murbac., quemadmodum colligere licet ex Amerbachii exemplo et editione principe. Quibus omnibus pensitatis suspicor sic fere fuisse: *duxit uxorem mox reversus in transmarinas provincias.*

13. *momentis*] APbR. *molimentis* Ruhnk. (Prius coniecerat *emolumentis*.)

14. *producto*] APbR. *perducto* Arntzenius.

15. *Venti divina*] A. *Ventidi una* PbR.

tempora, ne res disciplinae inimicissima, otium corrumperet militem, crebris in Illyrico Delmatiaque expeditionibus, patientia periculorum bellique experientia durabat
3 exercitum. Eadem tempestate Calvinus Domitius, cum ex consulatu obtineret Hispaniam, gravissimi comparandique antiquis exempli auctor fuit, quippe primipili centurionem nomine Vibillium opturpem ex acie fugam fusti percussit.
1 LXXIX. Crescente in dies et classe et fama Pompei Caesar molem belli eius suscipere statuit. Aedificandis navibus contrahendoque milite ac remige navalibusque adsuescendo certaminibus atque exercitationibus praefectus est M. Agrippa, virtuti nobilissimae, labore vigilia periculo invictus parendique sed uni scientissimus, aliis sane imperandi cupidus et per omnia extra dilationes positus
2 consultisque facta coniungens. Hic in Averno ac Lucrino lacu speciosissima classe fabricata, cotidianis exercitationibus militem remigemque ad summam et militaris et maritimae rei perduxit scientiam. Hac classi Caesar, cum prius despondente ei Nerone, cui ante nupta fuerat, Liviam, auspicatis reip.. hominibus duxisset eam uxorem,
3 Pompeio Siciliaeque bellum intulit. Sed virum humana ope invictum graviter eo tempore fortuna concussit, quippe longe maiorem partem classis circa Veliam Palinurique promontorium adorta vis Africi laceravit ac distulit. Ea patrando bello mora fuit, quod postea dubia et interdum
4 ancipiti fortuna gestum est. nam et classis eodem loco vexata est tempestate, et ut navali primo praelio aput Milas ductu Agrippae pugnatum prospere, ita inopinato classis adventu gravis sub ipsius Caesaris oculis circa Tau-

7. ob turpem 7. fuste 10. militi ac remigi 12. vir virtutis 18. classe 20. ominibus 28. Mylas 28. inopinato Pompeianae classis

7. *Vibillium*] ABR. *Iubillium* Pb.

7. *opturpem*] A. *ob turpem* PbR.

7. *fusti*] AB. Ed. princeps altera. R. *fuste* Ed. princeps prima b.

10. *milite ac remige*] AP. *militi ac remigi* bR.

12. *virtuti*] *vir virtutis* Ruhnk. *virtutis* Pb.

18. *classi*] AP. *classe* bR.

20. *hominibus*] A. *ominibus* PbR.

24. *distulit*] APbR. *dispulit* Gelenius.

27. *aput Milas*] A. *apud Mylas* PbR.

28. *inopinato classis*] APbR. *inopinato Pompeianae classis* Herelius. *inopinato classis adversae* Heinsius. Ruhnk. (*inopinato hostis* Grunerus.)

romenium accepta clades; neque ab ipso periculum abfuit. Legiones, quae cum Cornificio erant legato Caesaris, expositae in terra paene a Pompeio oppressae sunt. Sed ancipitis fortuna temporis matura virtute correcta. explicatis quippe utriusque partis classibus paene omnibus exutus navibus Pompeius Asiam fugam petivit iussuque M. Antonii, cuius opem petierat, dum inter ducem et supplicem tumultuatur et nunc dignitatem retinet, nunc 6 vitam precatur, a Titio iugulatus est; cui in tantum duravit hoc facinore contractum odium, ut mox ludos in theatro Pompei faciens execratione populi spectaculo quod praebebat pelleretur.

1 LXXX. Acciverat gerens contra Pompeium bellum ex Africa Caesar Lepidum cum XII. semiplenis legionibus. Hic vir omnium vanissimus neque ulla virtute tam longam fortunae indulgentiam meritus exercitum Pompei, quia propior fuerat, sequentem non ipsius, sed Caesaris 2 auctoritatem ac fidem sibi iunxerat inflatusque amplius XX. legionum numero in id furoris processerat, ut inutilis in alienae victoriae comes, quamdiu moratus erat dissidendo in consiliis Caesaris et semper diversa his, quae aliis placebant, dicendo totam victoriam ut suam interpretabatur: audebatque denuntiare Caesari, excederet Si- 3 cilia. Non ab Scipionibus aliisque veteribus Romanorum ducum quicquam ausum patratumque fortius quam tunc a Caesare. Quippe cum inermis et lacernatus esset, praeter nomen nihil trahens, ingressus castra Lepidi, evitatis, quae iussu hominis pravissimi tela in eum

6. fuga 19. inutilis alienae 20. quam diu 21. Caesari 21. iis 22. interpretaretur auderetque 24. aliisve

4. *matura*] APbR. *mature* Ruhnk.
6. *fugam*] A. *fuga* PbR.
11. Abest *quod* ab A.
20. *in alienae victoriae*] A. *alienae victoriae* Pb. *in aliena victoria* Burer. R.
20. *quamdiu*] A. *quam diu* PbR.
21. *Caesaris*] APb. *Caesari* Acidalius. R.
21. *his*] APbR. *iis* O.
22. *totam*] ABbR. *tutam* P.
22. *interpretabatur*] AP. *interpretaretur* bR.
23. *audebatque*] APbR. *auderetque* Ruhnk.
24. *aliisque*] APbR. *aliisve* O.
28. Abest *v. tela* ab A. Quod si voc. necessarium exciderat iam e Cod. Murbac. Velleius potius sic scripserit: *evitatis telis, quae iussu hominis pravissimi in eum acta erant;* ita ut *v. telis* absorptum fuerit a syll. *tatis.*

acta erant, cum lacerna eius perforata esset lancea, aqui-
4 lam legionis rapere ausus est. Scires, quid interesset inter duces. Armati inermem secuti sunt decimoque anno quam ad in dissimillimam vita sua potentiam pervenerat, Lepidus et a militibus et a fortuna desertus pulloque velatus amiculo inter ultimam confluentium ad Caesarem turbam latens genibus eius advolutus est. Vita rerumque suarum dominium concessa ei sunt, spoliata, quam intueri non poterat, dignitas.

1 LXXXI. Subita deinde exercitus seditio, qui plerumque contemplatus frequentiam suam a disciplina desciscit et, quod cogere se putat posse, rogare non sustinet, partim severitate, partim liberalitate discussa principis.
2 Speciosumque per idem tempus adiectum supplementum Campanae coloniae. eius relicti erant publici. pro his longe uberiores reditus duodecies H-S. in Creta insula redditi et aqua promissa, quae hodieque singulare et sa-
3 lubritatis instar et amoenitatis ornamentum est. Insigne coronae classicae, quo nemo unquam Romanorum donatus erat, hoc bello Agrippa singulari virtute meruerit victor. deinde Caesar reversus in urbem contractas emptionibus complures domos per procuratores, quo laxior fieret ipsius, publicis se usibus destinare professus est. templumque Apollinis et circa porticus facturum promisit, quod ab eo singulari extructum munificentia est.

1 LXXXII. Qua aestate Caesar tam prospere † Li-

4. ad indignissimam 8. quam tueri 15. ei agri relicti 17. permissa 20. meruit. Victor deinde

1. *acta*] APR. *iacta* b.

4. *ad in dissimillimam vita sua*] APR. *ad indignissimam vita sua* Ruhnk. (*ad in* (*diis simillima vita*) *potentiam* Burer. ex coniectura; nam praemittit „*Alias*", non „*Exempl. vet.*" *ad dissimillimam vitae suae* Vascosanus. b.)

9. *intueri*] AB. *tueri* PbR.

14. *idem*] A. *id* PbR.

15. *eius relicti*] APR. *agri ei relicti* Ruhnk. Sed invertendus ordo, cum facilius v. *agri* excidit inter litteras *us re.* (*eius reditus* b. *eius relicta empta publice* Gruuerus.)

17. *promissa*] APbR. *permissa* Heinsius.

18. *instar*] APbR. *instrumentum* Cludius.

20. *meruerit victor. Deinde*] A. *meruit. Victor deinde* PbR.

22. V. *laxior* in A. superscr. *laxius.*

24. *Apollinis*] APR. *Apollini* b.

26. Sic APbR., nisi quod b.

bium in Sicilia Bñ fortuna in Caesare et rep. militavit ad Orientem; quippe Antonius cum XIII. legionibus egressus Armeniam ac deinde Mediam et per eas regiones Parthos
2 petens habuit regem eorum obvium. primoque duas legiones cum omnibus impedimentis tormentisque et Statiano legato amisit, mox saepius ipse cum summo totius exercitus discrimine ea adiit pericula, quibus servari se posse desperaverat, amissaque non minus quarta parte militum captivi cuiusdam, sed Romani, consilio ac fide servatus, qui clade Crassiani exercitus captus cum fortuna non animum mutasset, accessit nocte ad stationem Romanam praedixitque, ne praedestinatum iter peterent, sed diverso
3 silvestrique pervaderent. Hoc M. Antonio acto illis legionibus saluti fuit. de quibus tamen totoque exercitu haud minus pars quarta, ut praediximus, militum, calonum servitiique desiderata tertia est. impedimentorum vix ulla superfuit. Hanc tamen Antonius fugam suam, quia vivos exierat, victoriam vocabat. Qui tertia aestate reversus in Armeniam regem eius Artavasden fraude deceptum catenis, sed, ne quid honori deesset, aureis vin-
4 xit. Crescente deinde et amoris in Cleopatram incendio et vitiorum, quae semper facultatibus licentiaque et adsentationibus aluntur, magnitudine bellum patriae inferre

1. nutavit 2. ingressus 9. servatus est 10. fortunam, non 12. ne destinatum 13. ac tot illis

pro *Libium Lepidum* de Rhenani coni. et PbR. *bene* pro *Bñ*. *Qua aestate Caesar tam prospere sepelivit in Sicilia bellum, fortuna in Caesare et rep. mutavit ad Orientem* Rulnk. Verum, praeterquam quod priora illa *sepelivit in Sicilia bellum* ad sensum quidem recta, sed parum probabilia sunt, in posterioribus requiritur ἀντίθεσις inter fortunam Caesaris atque reipublicae et fortunam Antonii, huius fere generis: *fortuna inconcussa* (vel *firma*) *in Caesare et rep. nutavit ad Orientem. nutavit* quidem malim quam *mutavit*, cum parum probabilis sit iste huius verbi usus apud Velleium. Nec minus recte ad sententiam *inclinavit* proposuit Sauppius.

2. XIII.] APbB. XVI. Freinshemius.

2. *egressus*] AP. *ingressus* bR.

7. *quibus*] APbR. *e quibus* Heinsius.

9. *servatus*] APR. *servatus est* O. *est servatus* b.

10. *fortuna*] AB. *fortunam* PbR.

12. *praedestinatum*] A. *destinatum* PbR.

13. *acto illis*] AP. *ac tot illis* Salmasius et Heinsius. *atque illis* b. *atque illius* Vossius. R.

18. *vivos*] A. antiqua scriptura, *o* brevi. *vivus* PbR.

constituit, cum ante novum se Liberum patrem appellari iussisset, cum redimitus hederis coronaque velatus aurea et thyrsum tenens cothurnisque succinctus curru velut Liber pater vectus esset Alexandriae.

1 LXXXIII. Inter hunc apparatum belli Plancus non iudicio recta legendi neque amore reip. aut Caesaris, quippe haec semper impugnabat, sed morbo proditor, cum fuisset humillimus adsentator reginae et infra servos cliens, cum Antoni librarius, cum obscoenissimarum rerum et 2 auctor et minister, cum in omnia et in omnibus venalis, cum caeruleatus et nudus caputque redimitus arundine et caudam trahens, genibus innixus Glaucum saltasset in convivio, refrigeratus, ab Antonio ob manifestarum rapinarum indicia transfugit ad Caesarem. Et idem postea clementiam victoris pro sua virtute interpretabatur, dictitans id probatum a Caesare, cui ille ignoverat. mox autem hunc 3 mox avunculum Titius imitatus est. Haud absurde Coponius, vir. E. praetorius gravissimus Patersilii socer, cum

10. et omnibus 16. ignoverat, vix tamen. Hunc mox avunculum 17. M. Titius 18. vir egregius, praetorius gravissimus, P. Silii socer

2. *coronaque*] APbR. *crocotaque* Ruhnk. ac seqq. Edd. Sed sermone de hoc loco instituto cum Sauppio meo, dilucide mihi demonstravit *crocotam*, quae vestis erat pellucida, *auream* nullo modo esse potuisse, ad summum *auro* leviter *pictam*: deinceps nullam inesse repugnantiam inter vv. *redimitus hederis* et *corona velatus aurea*, quia hederae non caput tantummodo Liberi patris, sed etiam humeros pectusque cingebant; v. autem *velatus* referri ad mitram, quam sub corona gestabat; deinde cum, notante iam Krausio, Ovidius quoque dixerit *corona velari* (*ex Ponto* 4, 14, 55.), cur idem Velleio poëtica haud raro captanti non licere? conferri denique iussit O. Müllerl *Archaeologiam* Ed. I. p. 511.

3. *succinctus*] APbR. *subnixus* Ruhnk. *suras vinctus* Cludius. Levis potius *ἀκριβολογία* agnoscenda quam quidquam mutandum.

10. *et in omnibus*] APR. *et omnibus* b. Rursus Lipsius.

16. *ignoverat. mox autem hunc mox avunculum*] AB. *ignoverat, vix tamen. Hunc mox avunculum* O. eadem fere sententia, qua Cap. 86, 2. *eum diu cum clementia luctatus sua Caesar servavit incolumem. ignoverat. Mox autem hunc avunculum* PR. *ignoverat. Hunc mox avunculum* b.

17. *Titius*] APbR. *M. Titius* Lipsius.

18. *vir. E. praetorius*] AB. *vir egregius, praetorius* de suspicione Ruhnkenii, ab ipso tamen improbata. Scil. nota, quae in Inscriptt. reperitur, *V. E.* usus est librarius. *vir e praetoriis* Schegkius. Cludius. *vir praetorius* PbR.

18. *Patersilii*] A. *P. Silii* b. *pater, Silii* PR.

recens transfuga multa ac nefanda Plancus absenti Antonio in senatu obiiceret, Multa, inquit, mehercules fecit Antonius pridie, quam tu illum relinqueres.

1 LXXXIV. Caesare deinde et Messala Corvino COSS. debellatum apud Actium, ubi longe ante quam dimicare- 5
2 tur, exploratissima Iulianarum partium fuit victoria. Vigebat in hac parte miles atque imperator, illam arcebant omnia. hinc reges firmissimi, illinc inopia adfectissimi. navium haec magnitudo modica ne celeritate adversa illa specie et terribilior. hinc ad Antonium nemo, illinc ad 10
3 Caesarem cotidie aliquid transfugiebat. Denique in ore adque oculis Antonianae classis per Marcum Agrippam Leucas expugnata, Patrae captae, Corinthus occupata, bis ante ultimum discrimen classis hostium superata. Rex Myntas melior et utiliora secutus; nam de illius exemplis 15 uitae naxuta Dolabella ad Caesarem, virque clarissimus Cn. Domitius, qui solus Antonianarum partium nunquam reginam nisi nomine salutavit, maximo et praecipiti pericula transmisit ad Caesarem.

2. Multo alia, inquit 7. in illa marcebant omnia. hinc remiges 9. navium hac magnitudo modica nec celeritati adversa, illa species terribilior. 12. atque 15. Amyntas meliora 15. nam Dellius exempli sui tenax, ut a Dolabella ad Cassium, a Cassio ad Antonium, ita ab Antonio transiit ad Caesarem 18. periculo

1. *nefanda*] APR. *miranda* b.

2. *Multa, inquit*] APbR. *Multo alia, inquit* O. Quid leporis amari insit in lectione volgata, equidem nunquam intelligere potui. Contra in mea lectione apparet, quomodo Coponius Plancum irriserit: „Longe diversa, inquit, ex tua quidem sententia, fecit Antonius, dum tu eius eras adsentator et ad ultimum diem, quo cum illo vivebas, eius facta laudare solebas." Quam absurda esset volgata, senserat etiam Gelenius, sed vitium perperam quaesivit in v. *nefanda*.

7. *illam arcebant*] AB. *in illa marcebant* Vascosanus. *illa marcebant* PbR.

8. *reges*]APb. *remiges* Lipsius.R.

9. *modica ne* cet.] A. Item P., nisi quod *modicave*. Item R., sed *modicane* et *species terribilior*. Ut est in marg., Rulnk. in plerisque cum Heinsio. (*navium hinc magnitudo modica, sed celerior, ex adverso illa specie terribilior* b.)

11. *aliquid transfugiebat*] AB. *aliqui transfugiebant* PbR. Si quid mutandum, qua de re ἐπέχειν mihi liceat, malim equidem *aliquis transfugiebat*.

12. *adque*] A. *atque* PbR.

15. *Myntas*] AP. *Amyntas* bR.

15. *melior*] A. *meliora* PbR.

15. *nam de* cet.] AP. Ut est in marg., Rulnk. in Annotatt. *nam Deillius exempli sui tenax, ut a Dolabella ad Caesarem, virque* Lipsius. R. (*inde illius exemplo vir audax Dolabella virque* b.)

18. *pericula*] A. *periculo* PbR.

1 LXXXV. Advenit deinde maximi discriminis dies, quo Caesar Antoniusque productis classibus pro salute
2 alter, in ruinam alter terrarum orbis dimicavere. Dextrum navium Iulianarum cornu M. Lario commissum, laevum Adruntio, Agrippae omne classici certaminis arbitrium; Caesar ei parti destinatus, in quam a fortuna vocaretur, ubique aderat. Classis Antonii regimen Pulico Laesosioque commissum. At in terra locatum exercitum Taurus
3 Caesaris, Antonii regebat Canidius. Ubi initum certamen est, omnia in altera parte fuere, dux remiges milites; in altera nihil praeter milites. Prima occupat fugam Cleopatra. Antonius fugientis reginae quam pugnantis militis sui comes esse maluit et imperator, qui in desertores
4 saevire debuerat, desertor exercitus sui factus est. Illis enim detrectato capite in longum fortissime pugnandi duravit constantia et desperata victoria in mortem dimicabatur. Caesar, quos ferro poterat interimere, verbis mulcere cupiens clamitansque et ostendens fugisse Anto-
5 nium quaerebat, pro quo et cum quo pugnarent. At illi cum diu pro absente dimicassent duce, aegre summissis armis cessere victoriam; citiusque vitam veniamque Caesar promisit, quam illis, ut ea precarentur, persuasum est. fuitque in confesso milites optimi imperatoris, im-
6 peratorem fugacissimi militis functum uidebites ne, an Cleopatrae arbitrio victoriam temperaturus fuerat, qui ad eius fugam arbitrium direxit fugam. Idem locatus in terra

4. M. Lurio 5. Arruntio 7. Publicolae Sosioque 15. detracto 24. functum vice. Dubitesne, an 25. fuerit 26. fugae arbitrium direxit suam.

4. *M. Lario*] APb. *M. Lurio* Ursinus. R.

5. *Adruntio*] AP. *Arruntio* bR.

7. *Pulico Laesosioque*] AP. *Publicolae Sosioque* bR.

15. *enim*] APR. *etiam* b.

15. *detrectato*] AP. *detracto* Vascosanus. bR.

22. *ea*] APbR. *eam* Salmasius.

24. *functum uidebites ne* (sic) *an*] A. *functum vice. Dubitesne an* O. *functum officio. Videbit e suo an* P. Item b., sed *viderit* de Rhenani coni. *Videbis, e suo an* Grunerus. *functum officio. Quis dubitet suo, an* R. Hic quoque deprehendimus Rhenani interpolationem. Ineptissimum autem est *fugacissimi militis officium;* supervacaneum et sententiae vim infringens v. *suo.*

25. *fuerat*] APb. *fuerit* R.

25. *ad eius fugam arbitrium direxit fugam*] A. *ad eius fugae arbitrium direxit suam* O. *ad eius arbitrium direxit fugam* PbR. neglecta *ἀντιθέσει* prorsus Velleiana.

fecit exercitus, cum se Canidius praecipiti fuga rapuisset ad Antonium.

1 LXXXVI. Quid ille dies terrarum orbi praestiterit, ex quo in quem statum pervenerit fortuna publica, quis in hoc transcursu tam artati operis exprimere audeat? 2 Victoria vero fuit clementissima, nec quisquam interemptus est, paucissimi, et hi, qui deprecari quidem pro se non sustinerent. Ex qua lenitate ducis colligi potuit, quem aut initio triumviratus sui aut in campis Philippiis sic licuisset, victoriae suae facturus fuerit ad solium alaruunt in prisca gravitate celeberrimi fides, mox diu cle-3 mentia luctatus sua Caesar servavit incolumem. Non praetereatur Asinii Pollionis factum et dictum memorabile: namque cum se post Brundisinam pacem continuisset in Italia neque aut vidisset unquam reginam aut post enervatum amore eius Antonii animum partibus eius se miscuisset, rogante Caesare, ut secum ad bellum proficiscere-

7. pauci summoti, et ii, qui deprecari vitam pro se 9. Philippiis, si licuisset, finem victoriae suae facturus fuerit. At Sosium L. Arruntii, viri prisca 11. diu cum clementia

6. *interemptus est: paucissimi et hi, qui*] APR. *interemptus est: pauci summoti, et ii, qui* O. *Summoti* a re publica, in exilium expulsi, ut Cap. 68. bis. Videlicet scriptura *paucissumi* dedit ansam corruptelae et litterae *oti* absorptae sunt a vv. *et ii*. Sic summovetur absurda sententia: „*nec quisquam interemptus est: paucissimi* tamen, ut verum fatear, interempti sunt;" in quas nugas incidit Burgessius proponens: „*nec quisquam interemptus est, sed paucissimi.*" Nec quidquam lucramur medelis Gelenii: *interemptus nisi paucissimi:* et Ruhnkenii *interemptus est, paucissimis exceptis, qui ne deprecari quidem pro se sustinerent.* (Haec *qui* — — *sustinerent* debentur Heinsio.) Nam, ut minus ineptum hoc sit, tamen caret omni probabilitate critica. *Quidem* cum hic locum vix habeat, equidem suspicor *deprecari vitam;* unde prodit ἀντίθεσις inter exilium et mortem, quam ex ipsorum confessione illi meruissent. Utrumque autem recte dicitur, et *deprecari vitam* et *deprecari mortem.* Baiterus mavolt: *pauci summoti, qui deprecari quidem* cet.

9. *Philippiis*] APR. *Philippicis* b.

10. *sic licuisset*] A. *si licuisset* Burer. *si sic licuisset* PbR.

10. *victoriae*] APb. *finem victoriae* Ruhnk. *victoriae suae facturus fuerit* [*modum.*] de Rhenani suspicione R.

10. *ad solium* (*folium* b.) *alaruntin*] APb. *At Sosium L. Arruntii* Puteanus. R. Ante v. *prisca* inserendum praeterea videtur *viri.*

12. *clementia*] APbR. *cum clementia* Lipsius.

14. *namque*] ABbR. *nam* P.

16. *miscuisset*] ABbR. *immiscuisset* P.

tur Actiacum, Mea, inquit, in Antonium maiora merita sunt, illius in me beneficia notiora; itaque discrimine vestro me subtraham et ero praeda victoris.

1 LXXXVII. Proximo deinde anno persecutus reginam Antoniumque Alexandream ultimam bellis civilibus impo-5 suit manum. Antonius se ipse non segniter interemit, adeo ut multa desidiae crimina morte redimeret. At Cleopatra frustratis custodibus inlata aspide in morsu sane 2 eius, expers muliebris metus spiritum reddidit. fuitque et fortuna et clementia Caesaris dignum, quod nemo ex 10 his, qui contra eum arma tulerant, ab eo iussuve eius interemptus. D. Brutum Antonii interemit crudelitas. Sextum Pompeium ab eodem victum idem Antonius, cum dignitatis quoque dedisset fidem, etiam spiritu privavit. 3 Brutus et Cassius ante, quam victorum experirentur ani-15 mum, voluntaria morte obierunt. Antonii Cleopatraeque quis fuisset exitus narravimus. Canidius timidius decessit, quam professioni eius, qua semper usus erat, congruebat. Ultimus autem ex interfectoribus Caesaris Parmensis Cassius morte poenas dedit, ut dederat Tribonius. 20

1 LXXXVIII. Dum ultimam bello Actiaco Alexandrinoque Caesar imponit manum, M. Lepidus, iuvenis forma quam mente melior, Lepidi eius, qui triumvir fuerat reip. constituendae, filius, Iunia Bruti sorore natus, interfi-

2. discrimini 8. aspide morsu eius, sane expers 11. iis 11. concessuve eius interemptus est 13. ab eo devictum 14. quoque servandae dedisset 18. ei, qua 20. ut dederat primus Trebonius.

2. *discrimine*] APb. *discrimini* Acidalius. R.

4. *Proximo deinde*] ABbR. *Proximo* P.

5. *Alexandream*] ABR. *Alexandriam* Pb.

8. *aspide in morsu*] B. *aspide morsu* PbR. *aspidem morsu* A.

8. *sane eius*] ABPbR. *eius, sane* Acidalius.

11. *his*] APbR. *iis* Kranse.

11. *iussuve eius*] APbR. Haec vv. delenda duxerunt Heynius, Krause, Cludius. Sane concinnius foret: *concessuve eius*. Post v. *interemptus* excidisse videtur *est*.

13. *ab eodem victum*] ABb. *ab eo devictum* Acidalius. R. *ob eodem victum* P.

14. *dignitatis quoque*] A. *dignitatis quoque servandae* PbR. Ignoramus, utrum Rhenanus v. *servandae* inculcarit, an Amerbachius *ἀβλεψίᾳ* omiserit. Vix tamen abesse potest.

17. *fuisset*]APbR. *fuerit* Krause.

18. *eius*] APbR. *ei* Cludius.

20. *Tribonius*] AB. *primus Trebonius* Puteanus. R. *Trebonius* Pb.

ciendi, simul in urbem revertisset, Caesaris consilia ini-
2 erat. Tunc urbis custodiis praepositus C. Maecenas equestris et splendido genere natus, vir, ubi res vigiliam exigeret, sane exonmis, providens atque agendi sciens, simul vero aliquid ex negotio remitti posset, otio ac mollitiis paene ultra feminam fluens, non minus Agrippa Caesari carus, sed minus honoratus, quippe vixit angusti clavi pene contentus; nec minora consequi potuit, sed non tam concu-
3 pivit. Hic speculatus est per summam quietem ac dissimulationem praecipitis consilia iuvenis et mira celeritate nullaque cum perturbatione aut rerum aut hominum oppresso Lepido inmane novi ac resurrecturi belli civilis restinxit initium. et ille quidem male consultorum poenas exsolvit. Aequetur praedictae iam Antistiae Servilia Lepidi uxor, quae vivo igni devorato praematuram mortem immortalem nominis sui pensavit memoriam.

1 LXXXIX. Caesar autem reversus in Italiam atque urbem occursus, quo favore omnium hominum aetatium ordinum exceptus sit, quae magnificentia triumphorum eius, quae fuerit munerum, nedum in operis siquidem iusti materia, nedum huius tam recisi digne exprimi pot-
2 est. Nihil deinde optare a dis homines, nihil dii hominibus praestare possunt, nihil voto concipi, nihil felicitate consummari, quod non Augustus post reditum in urbem reip. populoque Ro. terrarumque orbi repraesentaverit.

2. equestri, sed 7. clavi finè contentus 13. incendium. 14. Antisti et Servilia 15. praematura morte 18. urbem, quo occursu 20. ne in operis quidem

2. *equestris et*] AP. *equestri, sed* bR.
4. *providens*] PbR. *prudens* A. ex mero errore, ut arbitror.
7. *angusti clavi*] APR. *angusto clavo* b.
7. *pene*] APbR. *fine* Heinsius, etsi postea improbavit. *praemio* Sillig. (*angusticlavio plene* Salmasius.)
13. *initium*] APbR. *incendium* Herelius.
14. *Antistiae Servilia*] AP. *Antisti et Servilia* O. *Antistii Servilia* Vossius. R. *Calpurniae Antisti et Servilia* Rhenanus. b.
15. *praematuram mortem*] APbR. *praematura morte* Burerius. Cfr. Cap. 115, 5.
16. *immortalem — — memoriam*] AB. *immortali — — memoria* PbR.
18. *occursus*] APb. *quo occursu* Lipsius. R.
20. *nedum in operis siquidem*] AP. *ne in operis quidem* bR.
22. *deinde*] APbR. *denique* Ruhnk.

3 Finito vicesimo anno bellaci Iulia, sepulta externa, revocata pax, sopitus ubique armorum furor, restituta vis legibus, iudiciis auctoritas, senatui maiestas, imperium magistratuum ad pristinum redactus modum: tantummodo octo praetoribus adlectio duo: prisca illa et antiqua reip. 5
4 forma revocata. redit cultus agris, sacris honos, securitas hominibus, certa cuique rerum suarum possessio; leges emendatae utiliter, latae salubriter; senatus sine asperitate nec sine severitate lectus. Principes viri triumphisque et amplissimis honoribus functi adhortatu principis 10
5 ad ornandam urbem inlecti sunt. Consulatus tantummodo usque ad undecimum, quem continuaret Caesar, cum saepe obnitens repugnasset, impetrare potuit. nam dictaturam quam pertinaciter ei deferebat populus, tam
6 constanter reppulit. Bella sub imperatore gesta pacatus- 15
que victoriis terrarum orbis et tot extra Italiam domique opera omne aevi sui spatium impensurum in id solum opus scriptorem fatigant. Nos memores professionis universam imaginem principatus eius oculis animisque subiecimus. 20

1 XC. Sepultis, ut praediximus, bellis civilibus coalescentibusque reip. membris ┼ et coram aliero, quae tam longa armorum series laceraverat, Dalmatia xx. et cc.

1. Finita 1. bella civilia 4. redactum 5. adlecti 6. rediit 12. quem tertio continuaret 13. impetrari 15. sub imperatore eo gesta 18. fatigent 23. Delmatia annos xx. et cc.

1. *Finito*] A. *Finita* PbR.
1. *bellaci Iulia*] A. *bella civilia* PbR.
4. *redactus*] A. *redactum* PbR.
5. *adlectio*] A. *adlecti* PbR.
6. *revocata*] APbR. *renovata* Acidalius.
6. *redit*] A. *rediit* PbR.
10. *adhortatu*] A. *hortatu* PbR.
12. *quem continuaret*] APR. *quem tertio continuaret* O. In littera *m* latet signum numeri *III*. (*ut continuaret* b.)
13. *impetrare*]APR. *impetrari* b.
15. *sub imperatore*] APbR. *sub imperatore eo* O.
18. *fatigant*] APb. *fatigent* Acidalius. R.
20. *subiecimus*] APbR. *subiiciemus* Acidalius.
22. *membris et coram aliero, quae*] APR. *membris*, (*sed curâ mali*, *ferro*) *quae* O. „ita tamen, ut ferro malum curaretur.“ Hippocrates *Aphor.* 8, 6. ὁκόσα φάρμακα οὐκ ἰῆται, σίδηρος ἰῆται. Desperata tamen haec medicina visa est Baitero meo. Melior ut reperiatur ex animo opto. *membris*, *quae* b.
23. *Dalmatia*] APbR. *Delmatia* O. ex consuetudine Velleii.
23. *xx. et cc.*] APb. *annos xx. et cc.* O. Scilicet *nota* A. (*annos*) latet in litt. *a* praecedente. *xx. et cc.* [*annos*] Lipsius. R.

rebellis ad certam confessionem pacata est imperii. Alpes feris multisque nationibus celebres per do. Hispaniae nunc ipsius praesentia, nunc Agrippae, quem usque in tertium consulatum et mox collegium tribunitiae potestatis amicitia principis evexerat, multo varioque Marte
2 pacatae. In quas provincias cum initio Scipione et Sempronio Longo COSS. primo anno secundi Punici abhinc anno CCL. Romani exercitus misissent, duce Cn. Scipione Africani patruo per annos CC. in hiis multo mutuoque ita certatum est sanguine, ut amissis Praetor imperatoribus exercitibusque saepe contumelia, etiam nonnunquam peri-
3 culum Romano inferretur imperio. Illae enim provinciae Scipiones consumpserunt; illae contumelioso XX. annorum bello sub duce Viriatho maiores nostros exercuerunt; illae terrore Numantini belli populum R. concusserunt; in illis turpe Q. Pompei foedus turpiusque Mancini senatus cum ignominia dedit imperatoris rescindit; illa tot consulares, tot praetorios absumpsit duces, patrumque aetate in tantum Sertorium armis extulit, ut per quinquennium diiudicari non poterit, Hispanis Romanisne in armis plus
4 esset roboris et uter populus alteri pariturus foret. Has igitur provincias tam diffusas, tam frequentis, tam feras ad eam pacem abhinc annos ferme L. perduxit Caesar Augustus, ut quae maximis bellis nunquam vacaverant, hae sub C. Aristio ac deinde P. Silio legato ceterisque postea etiam latrociniis vacarent.

2. incultisque 2. perdomitae. Hispaniae 7. secundi belli Punici 8. annos 8. missi essent 9. iis 10. amissis populi Romani imperatoribus 13. X. annorum 17. dediti imperatoris rescidit 20. potuerit 25. eae sub C. Antistio

2. *multisque*] APb. *incultisque* Heinsius. R. (*inultisque* Bipontini.)
2. *per do.*] A. *perdomitae* PbR.
3. *praesentia*] APbR. *praesentis* Burmannus.
7. *secundi*] APbR. *secundi belli* Heinsius.
8. *anno*] A. *annos* PbR.
8. *misissent*]A. *missi essent* PbR.
9. *hiis*] A. *iis* O. *his* PbR.
10. *Praetor*] AP. *P. R.* bR.
11. *etiam nonnunquam*] APR. *nonnunquam etiam* b. (*etiam* utpote ex *elia* natum del. censet Ruhnkenius.)
13. *xx.*] APbR. *x.* Lipsius ex Iustini Lib. 44, 2.
17. *dedit*] A. *dediti* PbR.
17. *rescindit*] A. *rescidit* PbR.
20. *poterit*] AB. *potuerit* PbR.
25. *hae*] A. *eae* PbR.
25. *C. Aristio*] ABP. *C. Antistio* bR.

1 XCI. Dum pacatur Occidens, ab Oriente ac rege Parthorum signa Romana, quae Crasso presso Orodes, quae Antonio pulso filius eius Prahates ceperant, Augusto remissa sunt. quod cognomen illi viro Planci sententia 2 consensus universi senatus populique Ro. indidit. Erant tamen, qui hunc felicissimum statum odissent; quippe L. Murena et Fannius Caepio diversis moribus (nam Murena sine hoc facinore potuit videri bonus, Caepio et hoc ante erat pessimus) cum inissent occidendi Caesaris consilia, oppressi auctoritate publica, quod vi facere voluerant, 3 iure passi sunt. Neque multo post Rufus Egnatius per omnia gladiatori quam senatori propior collecto in aedilitate favore populi, quem extinguendis privata familia incendiis in dies auxerat, in tantum quidem, ut ei praeturam continuaret, mox etiam consulatum petere ausus, cum esset omni flagitiorum scelerumque conscientia mersus nec melior illi res familiaris quam mens foret, adgregatis simillimis sibi interimere Caesarem statuit, ut quo salvo salvus esse non poterat, eo sublato moreretur. 4 Quippe ita se mores habent, publica quisque ruina malit occidere quam sua proteri, idem passurus minus conspici. Neque hic prioribus in occultando felicior fuit abditusque carceri cum consciis facinoris mortem dignissimam vita sua obiit.

1 XCII. Praeclarum excellentis viri factum C. Sentii Saturnini circa ea tempora consulis ne fraudetur memoria. 2 Aberat in ordinandis Asiae Orientisque rebus Caesar circumferens terrarum orbi praesentia sua pacis suae bona.

2. Crasso oppresso 3. Phrahates 4. illi iure 8. et ante 20. habent, ut publica 21. et idem 23. carcere 27. Aberat ordinandis

2. *presso*] AP. *oppresso* bR.
3. *Prahates*]A. *Phrahates* PbR.
4. *viro*] APbR. *iure* O. (*vere* Ruhnk.)
8. *et hoc ante*] APR. *et ante hoc* b. *et tunc et ante; — et ante*. Aliorum coni.
20. *publica*] AP. *ut publica* Burer. bR.
21. *idem*] A. *et idem* PbR.
22. *abditusque*]APbR. *addictusque* Acidalius.
23. *carceri*] APbR. *carcere* Krause.
27. *aberat in ordinandis*] APbR. *aberat ordinandis* Heinsius. (Memento saepissime Velleio a librariis inculcatam esse praep. *in*.)
28. *praesentia sua*]APbR. *praesentia* Ruhnk.

tum Sentius forte et solus et absente Caesare COS. cum alia prisca severitate summaque constantia vetere consulum more ac severitate gessisset, protraxisset publicanorum fraudes, punisset avaritiam, regessisset in aerarium pecunias publicas, tum in comitiis habendis praecipuum egit
3 consulem. nam et quaesturam petentes, quos indignos iudicavit, profiteri vetuit; et, cum id facturos se perseverarent, consularem, si in Campum descendissent, vin-
4 dictam minatus est. et Egnatium florentem favore publico sperantemque ut praeturam aedilitati, ita consulatum praeturae se iuncturum, vetuit; et, cum id non obtinuisset, iuravit, etiamsi factus esset consul suffragiis populi, tamen
5 se eum non renuntiaturum. Quod ego factum cuilibet veterum consulum gloriae comparandum reor, nisi quod naturaliter audita visis laudamus libentius et praesentia invidia, praeterita veneratione prosequimur et his nos obrui, illis instrui credimus.

1 XCIII. Ante triennium fere quam Egnatianum scelus erumperet, circa Murenae Caepionisque coniurationis tem-
2 pus abhinc annos L. M. Marcellus sororis Augusti Octaviae filius, quem homines ita, si quid accidisset Caesari, successorem potentiae eius arbitrabantur futurum, ut tamen id per M. Agrippam securos ei posse contingere non existimarent, magnificentissimo munere aedilitatis edito decessit admodum iuvenis, sane, ut aiunt, ingenuarum virtutum laetusque animi et ingenii fortunaeque, in quam
3 alebatur, capax. Post cuius obitum Agrippa, qui sub specie ministeriorum principalium profectus in Asiam, ut fama loquitur, ob tacitas cum Marcello offensiones praesenti se subduxerat tempori, reversus inde filiam Caesaris

2. veterum 3. ac gravitate 23. securo

1. *vetere*] APbR. *veterum* Rulnk.
2. *ac severitate*] APb. (cum [] R.) Proximum quidem est *ac veritate* i. e. iustitia; sed, cum hic v. *veritatis* significatus Velleio vix tribui queat, malim *ac gravitate*. (del. haec censebat Rulnk.)
11. *vetuit*] A. *profiteri vetuit* PbR. Est manifesta Rhenani interpolatio; nec vero necessaria, cum e praeced. *profiteri vetuit* hic facillime cogitatione suppleatur.
23. *securos*] AP. *securo* bR.
25. *ut aiunt,ingenuarum*] ABR. *ingenuarum, ut aiunt* Pb.

Iuliam, quam in matrimonio Marcellus habuerat, duxit uxorem, feminam neque sibi neque reip. felicis uteri.

1 XCIV. Hoc tractu temporum T. Claudius Nero, quo primo, ut praediximus, Livia Drusi Claudiani filia, respondente ei Nerone, cui ante nupta fuerat, Caesari nu-
2 pserat, |innutritus caelestium praeceptorum disciplinis, iuvenis genere forma celsitudine corporis, optimis studiis maximoque ingenio instructissimus, qui protinus quantus
3 est, sperari potuerat visusque praetulerit principem, |quaestor undevicesimum annum agens capessere coepit remp. maximamque difficultatem annonae ac rei frumentariae inopiam ita ostia eratque in urbe mandatum victrici moderatus est, ut per id, quod agebat, quantus evasurus
4 esset, eluceret. Nec multo post missus ab eodem victrico cum exercitu ad visendas ordinandas, quae sub Oriente sunt, provincias, praecipuis omnibus virtutum experimentis in eo tractatu editis cum legionibus ingressus Armeniam, redacta ea in potestatem P. R. regnum eius Artauzdi dedit. cuius rex quoque Parthorum tanti nominis fama territus liberos suos ad Caesarem misit obsides.

1 XCV. Reversum inde Neronem Caesar haud mediocris belli morem experiri statuit adiutore operis dato fratre ipsius Druso Claudio, quem intra Caesaris penates
2 enixa erat Livia. quippe uterquè divisis partibus Raetos

3. Ti. Claudius Nero, quo trimo 5. despondente 9. visuque praetulerat 12. Ostiae atque in 12. mandatu vitrici 14. vitrico 15. ordinandasque, quae 16. omnium 17. tractu 18. Artavasdi dedit. quin rex 22. mole

3. *T.*] AP. *Ti.* bR.
4. *primo*] AP. *trimo* Aldus. R. (*prius nato* b.)
5. *respondente*] AP. *despondente* bR.
5. *ei Nerone*] BR. *Ti. Nerone* A., ita tamen ut *Ti.* superscriptum sit. *Nerone* Pb.
9. *visusque praetulerit*] APb. *visuque praetulerat* Ursinus. R.
10. *capessere*]ABbR. *capescere*P.
12. *ostia eratque*] AP. *Ostiae atque* Rhenanus. bR.
12. *mandatum*] A. *mandatu* O. *mandato* PbR.
12. *victrici*] APb. *vitrici* Aldus. R.
14. *victrico*] AP. *vitrico* bR.
15. *ordinandas quae*] A. *ordinandasque, quae* PbR.
16. *omnibus*] A. *omnium* PbR.
17. *tractatu*] AP. *tractu* bR.
18. *Artauzdi*] AB. *Artavasdi* PbR. (*Artavasdi ereptum Tigrani dedit* Lipsius.)
19. *cuius*] APb. *quin* R. *cum* Salmasius.
22. *morem*] A. *molem* Pb. *mole* Heinsius. R.
24. *Raetos*] A. *Rhetos* PbR.

Vindelicosque adgressi, multis urbium castellorum oppugnationibus nec non derecta quoque acie feliciter functi gentes locis tutissimas, aditu difficillimas, numero frequentes, feritate truces maiore cum periculo quam damno Romani exercitus, plurimo cum earum sanguine perdomuere.
3 Ante quae tempora censura Planci et Pauli acta inter discordiam neque ipsi honori neque reipub. usui foret, cum alteri vis censori, alteri vita deesset, Paulus vix posset implere censorem, Plancus timere deberet, nec quicquam obiicere posset adulescentibus aut obiicientes audire, quod non agnosceret senex.

1 XCVI. Mors deinde Agrippae, qui novitatem suam multis rebus nobilitaverat atque in hoc perduxerat, ut et Neronis esset socer, cuiusque liberos nepotes suos D. Augustus praepositis Gai ac Luci nominibus adoptaverat, admovit propius Neronem Caesari; quippe filia Iulia eius,
2 quae fuerat Agrippae nuptae, Neroni nupsit. Subinde bellum Pannonicum, quod inchoatum Agrippa Marcoque Vinicio avo tuo COSS. magnum atroxque et perquam vicinum imminebat Italiae, per Neronem gestum est.
3 Gentes Pannonicorum Delmatarumque nationes situmque regionum ac fluminum numerumque et modum virium excelsissimasque et multiplices eo bello victorias tanti impe-

1. castellorumque 2. directa 7. ipsis 7. fuerat 8. censoria 17. nupta 18. ab Agrippa, Marco Vinicio, avo tuo, consule 21. Pannoniorum

1. *castellorum*] A. *castellorumque* O. *et castellorum* PbR.
2. *derecta*] A. *directa* PbR.
5. *perdomuere*] A. *perdomuerunt* PbR.
7. *ipsi*] AP. *ipsis* bR.
7. *foret*] AP. *fuerat* O. *fuit* bP.
8. Exciderunt ex A. vv. *cum alteri — — timere deberet.*
8. *censori*] P. *censoria* Burmannus. *censoris* bR.
9. *nec*] AbR. *ne* P.
10. Vv. *aut obiicientes audire* suspecta Ruhnkenio, Krausio, Cludio. Verum nihil simplicius, nihil rectius: „Plancus nihil obiicere ipse poterat adolescentibus aut alios iisdem adolescentibus obiicientes audire." Errarunt in eo VV. DD. quod cogitatione supplebant; „obiicientes sibi, Planco."
15. *Gai ac Luci*] AP. *Gaii ac Lucii* R. *Caii ac Lucii* b.
16. *Iulia eius*] AP. *eius Iulia* bR.
17. *nuptae*] A. *nupta* PbR.
18. *Agrippa Marcoque*] APbR. *ab Agrippa, Marco* Lipsius.
21. *Pannonicorum*] A. *Pannoniorum* PbR.
21. *Delmatarumque*]ABR. *Dalmatarumque* Pb.
23. *excelsissimasque*] APR. *excellentissimasque* b.

ratoris alio loco explicabimus: hoc opus servet formam suam. Huius victoriae compos Nero ovans triumphavit.

1 XCVII. Sed dum in hac parte imperi omnia geruntur prosperrime, accepta in Germania clades sub legato M. Lolio, homine in omnia pecuniae quam recte faciendi cupidiore et inter summam vitiorum dissimulationem vitiosissimo, amissaque legionis quintae aquila vocavit ab urbe
2 in Gallias Caesarem. Cura deinde atque onus Germanici belli delegata Druso Claudio fratri Neronis, adulescenti tot tantarumque virtutum, quot et quantas natura mortalis recipit vel industria percipit. cuius ingenium utrum bellicis magis operibus an civilibus suffecerit artibus, in
3 incerto est. morum certe dulcedo ac suavitas et adversus amicos aequa ac par sui aestimatio inimitabilis fuisse dicitur. nam pulchritudo corporis proxima fraternae fuit. Sed illum magna ex parte domitorem Germaniae plurimo eius gentis variis in locis profuso sanguine fatorum ini-
4 quitas consulem agentem annum tricesimum rapuit. Moles deinde eius belli translata in Neronem est. quod is sua et virtute et fortuna administravit peragratusque victor omnis partis Germaniae sine ullo detrimento commissi exercitus, quod praecipue huic duci semper curae fuit, sic perdomuit eam, ut in formam paene stipendiariae redigeret provinciae. Tum alter triumphus cum altero consulatu ei oblatus est.

1 XCVIII. Dum ea, quae diximus, in Pannonia Germaniaque geruntur, atrox in Thracia bellum ortum omnibus eius gentis nationibus in arma accensis, Lucii Pisonis, quem hodieque diligentissimum atque eundem lenissimum securitatis urbanae custodem habemus, virtus compressit.
2 Quippe legatus Caesaris triennio cum hiis bellavit gentesque ferocissimas plurimo cum earum excidio nunc acie,

5. M. Lollio 11. perficit 20. pervagatusque 26. quae praediximus 31. iis

5. *Lolio*] APb. *Lollio* R.
11. *percipit*] APb. *perficit* Lipsius. R.
20. *peragratusque*] APbR. *pervagatusque* Ruhnk.
26. *diximus*] A. *praediximus* PbR.
31. *hiis*] A. *iis* O. *his* PbR.

nunc expugnationibus in pristinum pacis redegit modum eiusque patratione Asiae securitatem, Macedoniae pacem
3 reddidit. De quo viro hoc omnibus sentiendum ac praedicandum est, esse mores eius vigore ac lenitate mixtissimos et vix quemquam reperiri posse, qui aut otium validius diligat aut facilius sufficiat negotio et magis quae agenda sunt curet sine ulla ostentatione agendi.

1 XCIX. Brevi interiecto spatio T. Nero duobus consulatibus totidemque triumphis actis tribunitiae potestatis consortione aequatus Augusto, civium post unum, et hoc, quia volebat, eminentissimus, ducum maximus, fama fortunaque celeberrimus et vere alterum reip. lumen et
2 caput, mira quadam et incredibili atque inenarrabili pietate, cuius causae mox detectae sunt, cum C. Caesar sumpsisset iam virilem togam, L. item maturus esset viris, ne fulgor suus orientium iuvenum obstaret initiis, dissimulata causa consilii sui, commeatum ab socero atque eodem
3 victrico adquiescendi a continuatione laborum petiit. Quis fuerit eo tempore civitatis habitus, qui singulorum animi, quae digredientium a tanto viro omnium lacrimae, quam paene ei patria manum iniecerit, iusto servemus operi.
4 Illud etiam in hoc transcursu dicendum est: ita septem annos Rhodi moratum, ut omnes, qui pro consulibus legatique in transmarinas profecti provincias visendi eius gratia + ad quem convenientes semper privatos illa maiestas privata nunquam fuit, fasces suos summiserint fasisque sint otium eius honoratius imperio suo.

8. Ti. Nero 15. viribus 18. vitrico 25. privato, si illa 26. unquam

2. *eiusque patratione*] APbR. *eiusque belli patratione* Cludius.

4. *mixtissimos*] APbR. *temperatissimos* Ruhnk. Verum nihil est in causa cur dubitemus, quin Velleius ad *ἀναλογίαν* v. *temperatissimus*, etsi minus usitate, illum superlativum formarit.

8. *T.*] A. *Ti.* PbR.

15. *viris*] APbR. *viribus* Bipontini. *veritus* Vascosanus.

18. *victrico*] A. *vitrico* PbR.

23. *moratum*] ABR. *moratum est* P.

25. *ad quem* cet.] APbR. Hoc fere requiritur: „*ut omnes, qui pro consulibus legatique in transmarinas profecti provincias visendi eius gratia* adpulissent, eum *convenientes* cet." O. (*ad eum venissent, semper* Ruhnk. *ad eum* in mentem venit etiam Salmasio.)

25. *privatos illa*] APb. *privato si illa* Aldus. R.

26. *nunquam*] APb. *unquam* Aldus. R.

1 C. Sensit terrarum orbis digressum a custodia Neronem urbis. nam et Parthus desciscens a societate Romana adiecit Armeniae manum et Germania aversis domitoris 2 sui oculis rebellavit. At in urbe eo ipso anno, quo magnificentissimi gladiatorii muneris naumachiaeque spectaculis D. Augustus abhinc annos xxx. se et Gallo Caninio COSS. dedicato Martis templo animos oculosque P. R. repleverat, foeda in dictu memoriaque horrenda in ipsius 3 domo tempestas erupit. Quippe filia eius Iulia per omnia tanti parentis ac viri immemor nihil, quod facere aut pati turpiter posset femina, luxuria libidine infectum reliquit magnitudinemque fortunae suae peccandi licentia 4 metiebatur, quicquid liberet pro licito vindicans. Tum Iulius Antonius, singulare exemplum clementiae Caesaris, violator eius domus, ipse sceleris a se commissi ultor fuit. quem victo eius patre non tantum incolumitate donaverat, sed sacerdotio praetura consulatu provinciis honoratum, etiam matrimonio sororis suae filiae in arctissimam ad- 5 finitatem receperat. Quintiusque Crispinus singularem nequitiam supercilio truci protegens et Appius Claudius et Sempronius Gracchus ac Scipio aliique minoris nominis utriusque ordinis viri, quasi cuiuslibet uxore violata poenas pependissent, pependere, cum Caesaris filiam et Neronis violassent coniugem. Iulia relegata in insulam patriaeque et parentum subducta oculis. quam tamen comitata mater Scribonia voluntarii exilii permansit comes.

1 CI. Breve ab hoc intercesserat spatium, cum C. Caesar ante aliis provinciis adsidendum obitis in Syriam missus, convento prius T. Nerone, cui omnem honorem ut

8. foeda dictu 11. luxuria ac libidine 14. Iulus 22. viri, quas cuiuslibet 26. voluntaria 28. ad visendum 29. Ti.

8. *foeda in dictu*] A. *foeda dictu* PbR.

11. *libidine*] APbR. *ac libidine* O.

13. *vindicans*] A. (superscr. *iudicans* ut coniecit Rhenanus.) PbR.

14. *Iulius*] APbR. *Iulus* O.

22. *quasi*] APbR. *quas* O.

23. *pependissent, pependere*] A. *pependere* PbR. Ex egregia atque unice vera lectione Cod. A., *quasi* in *quas* correcto, prodit Velleio digna sententia: „haud severius puniti sunt quam si adulterium commisissent cum cuiuslibet hominis tenuioris uxore."

26. *voluntarii*] APb. *voluntaria* Lipsius. R.

28. *adsidendum*] AB. *ad visendum* Lipsius. R. (*ad sedandum* Pb.)

29. *T.*] A. *Ti.* PbR.

superiori habuit, tam varie se ibi gessit, ut nec laudaturum magna nec vituperaturum mediocris materia deficiat. Cum rege Parthorum, iuvene excelsissimae insulae, quam amnis Euphrates ambiebat, aequato utriusque partis nu-
2 mero coiit. Quod spectaculum stantis ex diverso hinc Romani, illinc Parthorum exercitus, cum duo inter se eminentissima imperiorum et hominum coirent capita, perquam clarum et memorabile sub initia stipendiorum meo-
3 rum tribuno militum mihi visere contigit. quem militiae gradum ante sub patre tuo, M. Vinici, et P. Silio auspicatus in Thracia Macedoniaque, mox Achaia Asiaque et omnibus ad Orientem visis provinciis et ore atque utroque maris Pontici latere haud iniucunda tot rerum locorum gentium urbium recordatione perfruor. Prior Parthus apud Gaium in nostra ripa, posterior hic aput regem in hostili epulatus est.

1 CII. Quo tempore M. Lolli, quem veluti moderatorem iuventae filii sui Augustus esse voluerat, perfidia et plena subdoli ac versuti animi consilia per Parthum indicata Caesaris iam avulgavit. cuius mors intra paucos dies fortuita an voluntaria fuerit dignior. Sed quam hunc decessisse laetati homines, tam paulo post obisse Censori-

3. iuvene excelsissimae indolis, in insula 18. perfida 20. Caesari fama volgavit 21. fuerit, ignoro.

3. *iuvene excelsissimae insulae*] AP. *iuvene excelsissimae indolis, in insula* O. Rectissime Heinsius adversus Lipsii coniecturam a Ruhnkenio receptam: *iuvenis excelsissimus in insula:* his verbis disputavit: „Cur tam honorifice loquatur hic de illo, quem paulo ante non minus vituperabat, quam laudabat?" Recte item Norisius de Pharnace filio Phrahatis accepit. Addo quod C. 114. itidem hostes, Batonem et Pinetem, *excelsissimos duces* appellat Velleius. (*iuvene excelsissimo in insula* b.)

10. *M. Vinici*] APbR. „Exemplar vetustum sic habet, ut potius legendum existimem: *sub patre tuo M. Vinicio.*" BURER.

12. *visis*] APbR. „Alias: *usus.*" RHENANUS.

15. *Gaium — — aput*] A. *Caium — — apud* PbR.

17. *M. Lolli*] AP. *M. Lollii* bR.

18. *perfidia*] A. *perfida* PbR.

19. „Vitiose pro *per Parthum* Ed. princ. *per Parthorum.*" CLUDIUS. Sed utraque Ed. princeps habet *per Parthum.*

20. *Caesaris iam avulgavit*] AP. *Caesari fama volgavit* Lipsius. R. *Caesaris ira evulgavit* Rhenanus. b.

21. *dignior*] A. *ignoro* PbR.

22. *obisse*] AbR. *odisse* P. (In marg. „Leg. *obisse.*")

num in iisdem provinciis graviter tulit civitas, virum de-
2 merendis hominibus genitum. Armeniam deinde ingressus
prima parte introitus prospere gessit. mox in conloquium,
cui se temere crediderat, circa Artageram graviter a quo-
dam nomine Adduo volneratus, ex eo ut corpus minus
habile, ita animum minus utilem reipub. habere coepit.
3 Nec defuit conversatio hominum vitia eius adsentatione
alentium. Etenim semper magnae fortunae comes adest
adulatio, per quae eo ductus erat, ut in ultimo ac remo-
tissimo terrarum orbis angulo consenescere quam Romam
regredi mallet. Diu de re luctatus invitusque revertens
in Italiam in urbe Lyciae (Lymira nominant) morbo ob-
iit, quom ante annum ferme quinquagesimum Caesar fra-
ter eius Hispanias petens Massiliae decessisset.

1 CIII. Sed fortuna, quae subduxerat spem magni
nominis, iam tum reipub. sua praesidia reddiderat. quippe
ante utriusque horum obitum patre tuo P. Vinicio COS.
T. Nero reversus Rhodo incredibili laetitia patriam re-
2 pleverat. Non est diu cunctatus Caesar Augustus; neque
enim quaerendus erat, quem legerat, sed legendus, qui
3 eminebat. Itaque quod post L. mortem adhuc C. vivo
facere voluerat quae eo vehementer repugnante Nerone
erat inhibitus, post utriusque adulescentium obitum facere
perseveravit, ut et tribunitiae potestatis consortionem Ne-
roni constitueret, multum quidem eo cum domi tum in

2. deinde Gaius ingressus 3. prospere rem gessit 3. in conloquio 4. Artagera 9. eo deductus 11. Diu deinde reluctatus 12. Limyra 13. ferme L. Caesar 18. Ti. 20. legeret 22. voluerat atque eo

2. *ingressus*] APbR. *Gaius* (*C.*) *ingressus* Krause.

3. *prospere*] APbR. *prospere rem* Heinsius.

3. *conloquium*]AP. *conloquio* bR.

4. *Artagerani*] APbR. *Artagera* Muretus.

8. Etsi *comes est* habet A., tamen puto in Cod. Murbac. fuisse *adest* PbR.

9. *ductus*] APbR. *deductus* O.

11. *Diu de re luctatus*] A. *Diu deinde reluctatus* Ruhnk. *Deinde reluctatus* PbR.

12. *Lymira*] B. *Limyra* R. *Limira* A. *Limyram* Pb.

13. *quom*] P. (*quo* A.) *quum* bR.

13. *quinquagesimum Caesar*]AP. *L. Caesar* bR.

14. *Massiliae*] ABbR. *Massilia* P.

18. *T.*] A. *Ti.* PbR.

20. *legerat*] B. *legeret* APbR.

22. *voluerat quae eo vehementer*] A. *voluerat atque eo vehementer* O. *voluerat atque vehementer* PbR.

senatu recusante, et eum Aelio Cato, Sentio COSS. V. KAL. IVL. post urbem conditam annis ACC.LIIII. abhinc 4 annos XXVII. adoptaret. Laetitiam illius diei concursumque civitatis et vota paene inserentium caelo manuq. spem quae conceptae perpetuae securitatis aeternitatisque Romani imperii vix in illo iusto opere abunde persequi poterimus, 5 nedum hinc implere | temptemus id unum dixisse quam ille omnibus fuerit. Tum refulsit certa spes liberorum parentibus, viris matrimoniorum, dominis patrimonii, omnibus hominibus salutis quietis pacis tranquillitatis, adeo ut nec plus sperari potuerit nec spei responderi felicius.

1 CIV. Adoptatus eadem die etiam M. Agrippa, quem post mortem Agrippae Iulia enixa erat. sed in Neronis adoptione illud adiectum his ipsis Caesaris verbis: Hoc, 2 inquit, reipub. causa facio. Non diu vindicem custodemque imperii sui morata in urbe patria protinus in Germaniam misit, uti ante triennium sub M. Vinicio avo tuo, clarissimo viro, immensum exarserat bellum. erat et ab eo quibusdam in locis gestum, quibusdam sustentatum feliciter eoque nomine decreta ei cum speciosissima inscri- 3 ptione operum ornamenta triumphalia. Hoc tempus me, functum ante tribunatu, castrorum T. Caesaris militem fecit. quippe protinus ab adoptione missus cum eo prae-

2. DCCLIIII. 4. manus spemque conceptam 7. hic implere temptemus, contenti id unum dixisse, quam in illo omnia omnibus fuerint. 17. ubi 18. Erat id ab eo 22. Ti.

1. Abest v. *recusante* ab A. Quod si merum supplementum est Rhenani, malim: *multum — — renitente.*

2. *annis* ACC.LIIII.] AB. *annis* DCCLIIII. PbR.

3. *annos*] A. *annis* PbR.

4. *manuq.*] A. *manus* PbR.

4. *spem quae conceptae*] A. *spemque conceptam* Boeclerus. R. *spemque conceptae* Pb.

7. *hinc*] AP. *hic* bR.

7. *temptemus*] A. *tentemus* PbR.

7. *id unum*] APbR. *contenti id unum* partim Rhenanus: *id unum dixisse contenti;* partim Burmannus: *contenti simus id unum dixisse.*

7. *quam ille omnibus fuerit*] APbR. *quam in illo omnia omnibus fuerint* Ruhnk. (*quanti ille omnibus fuerit* Rosenheyn.)

12. Abest v. *adoptatus* a Cod. A.

12. *eadem*] APbR. *eodem* Cludius.

14. *hoc, inquit*] Minime delendum *inquit* cum Herelio et Cludio; nam non minus frequenter *inquit* illud a Latinis sermoni familiari inseri solitum esse, ubi nos omittimus, quam ab Italis *disse* complura vestigia demonstrant.

17. *uti*] A. *ubi* PbR.

18. *et*] APbR. *id* Lipsius.

22. *T.*] A. *Ti.* PbR.

fectus equitum in Germaniam successor officii patris mei caelestissimorum eius operum per annos continuos VIII. praefectus aut legatus spectatum, pro captu mediocritatis meae adiutor fui. Neque illi spectaculo, quo fructus sum, simile conditio mortalis recipere videtur mihi, cum per celeberrimam Italiae partem, tractum omnem Galliae provinciarum veterem imperatorem et ante meritis ac viribus quam nomine Caesarem revisentes sibi quisquam illi gratularentur plenius. At vero militum conspectu eius felicitate gaudio lacrimae alacritasque et salutationis nova quaedam exultatio et contingendi manum cupiditas non continentium, protinus quin adiicerent, Videmus te, imperator? salvum recepimus? ac deinde, Ego tecum, imperator, in Armenia, Ego in Raetia fui, Ego a te in Vindelicis, Ego in Pannonia, Ego in Germania donatus sum, neque verbis exprimi et fortasse vix mereri fidem potest.

CV. Intrata protinus Germania subacta cam ui faciat ruari Bruoteri recepti ceruisi gentis et inamminus mox nostra clade nobilis transitu Visurgis; penetrata ulteriora, cum omnem partem asperrimi et periculosissimi belli Caesar

3. spectator 6. tractumque 7. virtutibus 8. quisque quam 9. eius elicitae gaudio 17. subacti Caninefates, Attuarii, Bructeri; recepti Cherusci, et utinam minus mox nostra clade nobilis transitus Visurgis.

2. *VIII.*] A. *VIIII.* PbR.

3. *spectatum*] A. *spectator* bR. *spectatus* P. *spectator aut pro captu* Cludius. Concinnius foret, quo ducit lectio A.: *cum spectator, tum pro captu.*

3. *pro*] APR. *et pro* b.

4. *fructus*] BR. *fruitus* Pb. *functus* A.

6. *tractum*] APbR. *tractumque* Cludius.

7. *viribus*] APbR. *virtutibus* Lipsius.

8. *quisquam*] A. *quisque quam* PbR.

9. Abest *at* a Cod. A.

9. *felicitate*] A. *elicitae* PbR.

10. *lacrimae*] A. *lachrymae* PbR.

12. Exciderunt *ἀρλεψία* Amerbachii ex A. vv. *Videmus — — deinde ego.*

17. *subacta cam ui faciat ruari Bruoteri recepti ceruissi*] A. *subacti Caninefates, Attuarii Bructeri; recepti Cherusci* Rhenanus, nisi quod *Cattuari* (sic) bR. *subacti Caninifaci, Attuari* (sic), *Bruteri* (sic), *recepti Cherusci* P.

18. *gentis*] A. (*gentes* PbR.) Delendum cum Lipsio. Scilicet in margine aliquis significarat haec gentium esse nomina: unde *gentes* in seriem narrationis irrepsit.

18. *et inamminus*] AB. (*et inamminus* P.) *et utinam minus* Vossius. *et amnis* Rhenanus. bR. (*Cherusci et Sicambri et mox* Susius.)

19. *transitu*] AP. *transitus* Rhenanus. bR.

vindicáret. in iis, quae minoris erant discriminis, Sentium Saturninum, qui tum legatum patris eius in Germania
2 fuerat, praefecisset, Ivirum multiplicem in virtutibus, gnavum, agilem, providum militariumque officiorum patientem ac peritum pariter, sed eundem, ubi negotia fecissent
5 locum otio, liberaliter lauteque abutentem, ita tamen, ut cum splendidum Athilam potius quam luxuriosum aut desidem diceres. de cuius viri claro ingenio celebrique
3 consulatu praediximus. Anni eius aestiva usque in mensem Decembrem perducta inmanis emolumentum fecere
10 victoriae. Pietas sua Caesarem paene extructis hieme Alpibus in urbem traxit ad tutelam imperii; eum veris initi reduxit in Germaniam, in cuius mediis finibus ad caput Iuliae fluminis hiberna digrediens princeps locaverat.

1 CVI. Pro dii boni, quanti voluminis opera in se-
15 quenti aestate sub duce Tiberio Caesare gessimus! Perlustrata armis tota Germania est. victae gentes paene nominibus incognitae. receptae Cauchorum nationes. omnis

1. vindicaret, iis, quae 2. qui iam legatus 3. multiplicem virtutibus 6. lauteque eo utentem 7. atque hilarem 11. obstructis 12. traxit; at tutela imperii eum veris initio 14. Lupiae 15. insequenti

1. *vindicaret. in iis*] APbR. *vindicaret. iis* O. (*vindicaret sibi*; *iis* Cludius. Fuit, qui distingueret ac legeret ita: *penetrata ulteriora. Cum omnem partem — — belli sibi vindicaret, iis — — Sentium Saturninum praefecit* cet. Verum haec *cum omnem — — — praefecisset* pertinent ad totum belli gerendi ordinem. „Intrando Germaniam, subigendo eius nationes, penetrando ulteriora semper asperrima quaeque sibi vindicabat, rebus minoris discriminis administrandis Sentium praefecerat.")

2. *qui tum*] APbR. *iam* (ante) Grunerus. Sic minime necesse est, ut cum Ruhnkenio et Cludio pro *fuerat* scribamus *erat*.

3. *in virtutibus*] APbR. *virtutibus* Raphelengius.

3. *gnavum*] A. *navum* PbR.

6. *lauteque abutentem*] A. *lauteque eo utentem* O. *lauteque eo abutentem* PbR. Sed quamvis notus mihi sit usus v. *abuti* in meliorem interdum partem pro fortiter ac plene uti, hic tamen minus illud aptum videtur, patetque ex A., *eo* in *ab* corruptum esse.

7. *Athilam*] A. *atque hilarem* O. *ac hilarem* PbR. *aut hilarem* Ruhnk.

8. *claro ingenio celebrique*] A. qua lectione egregie tollitur *tautologia* volgatae: *claro celebrique* PbR.

10. *perducta*] APbR. *producta* Lipsius. Cfr. Drakenborch ad Liv. 38, 50, 1.

11. *extructis*] AP. *obstructis* bR.

12. *ad tutelam*] APb. *at tutela* Lipsius.

12. *initi*] AP. *initio* Rhenanus. bR.

14. *Iuliae*] APb. *Lupiae* Lipsius. R.

15. *in sequenti*] A. *insequenti* PbR.

eorum iuventus infinito numero, immensa corporibus, situ locorum tutissimam traditis armis una cum ducibus suis saepta fulgenti armatoque militum nostrorum agmine ante
2 imperatoris procubuit tribunal. Fracti Langobardi, gens etiam Germana feritate ferocior. Denique quod nunquam antea spe conceptum, nedum opere temptatum erat, ad quadringentesimum miliarium a Rheno usque ad flumen Albim, qui Senonum Hermundorumque fines praeterfluit,
3 Romanus cum signis perductus exercitus. Et eodem mira felicitate et cura ducis, temporum quoque observantia, classis, quae Oceani circumnavigaverat sinus, ab inaudito atque incognito ante maris flumine labi subvecta, plurimarum gentium victoria cum abundantissima rerum omnium copia exercitui Caesarisque se iunxit.

1 CVII. Non tempero mihi, quin tantae rerum magnitudini hoc, qualecunque est, inseram. Cum citeriorem ripam praedicti fluminis castris occupassemus et ulteriora armata hostium virtute fulgeret sub omnem motumque nostrarum navium protinus refugientium unus e barbaris aetate senior, corpore excellens, dignitate, quantum ostendebat cultus, eminens cavatum, ut illis mos est, ex materia conscendit alveum solusque id navigii genus temperans ad medium processit fluminis et petiit, liceret sibi sine periculo in eam, quam armis tendebamus, egredi
2 ripam ac videre Caesarem. Data petenti facultas. Tum adpulso lintre et diu tacitus contemplatus Caesarem, No-

1. infinita 2. tutissima 8. Semnonum Hermundurorumque 12. mari flumine Albi 14. Caesarique 17. ulterior armata hostium iuventute 18. sub omnem ..... motumque 24. tenebamus 26. lintre diu

1. *infinito*] A. *infinita* PbR.
2. *tutissimam*]A. *tutissima*PbR.
4. *Langobardi*] BbR. *Longobardi* AP.
8. *Senonum*] APb. *Semnonum* Puteanus. R.
8. *Hermundorumque*] APbR. *Hermundurorumque* Miller.
12. *maris*] A. *mari* PbR.
12. *labi*] A. *Albi* PbR.
14. *Caesarisque*] A. *Caesarique* PbR.
17. *ulteriora*] A. *ulterior* PbR.
18. *virtute*] A. *iuventute* PbR.
18. Post *omnem* Burerius voc. excidisse, aliud in eo latere ratus est Ruhnkenius. (*motum* b. *agmen motumque* Luxdorph. *omen metumque* Cludius. *nomen motumque* Walterus et Bachius.)
24. *tendebamus*] AB. *tenebamus* PbR.
25. *data petenti*] ABbR. *data a Caesare petenti* ex interpolatione P.
26. *et diu*] APbR. *diu* Vascosanus. Heinsius

stra quidem, inquit, furit inventus, quae cum vestrum numen absentium colat, praesentium potius arma metuit, quam sequitur fidem. Sed ego beneficio et permissu tuo, Caesar, quos ante audiebam, hodie vidi deos nec feliciorem ullum vitae meae aut optavi aut sensi diem. imperatoque, ut manum contingeret, reversus in naviculam, sine fine respectans Caesarem ripae suorum adpulsus est.

3 Victor omnium gentium locorumque, quos adierat, Caesar cum incolumi inviolatoque et semel tantummodo magna cum clade hostium fraude eorum temptato exercitu in hiberna legiones reduxit eadem qua priore anno festinatione urbem petens.

1 CVIII. Nihil erat iam in Germania, quod vinci posset, praeter gentem Marcomannorum, quae Maroboduo duce excita sedibus suis atque in inferiora refugiens in-
2 cinctos Hercyniae silvae campos incolebat. Nulla festinatio huius viri mentionem transgredi debet. Maroboduus genere nobilis, corpore praevalens, animo ferox, natione magis quam ratione barbarus, non tumultuarium neque fortuitum neque mobilem et ex voluntate parentium constantem inter suos occupavit principatum, sed certum imperium vimque regiam complexus animo statuit avocata procul a Romanis gente sua eo progredi, ubi cum propter potentiora arma refugisset, sua faceret potentissima. Occupatis igitur, quis praediximus, locis finitimos omnis aut bello domuit aut condicionibus iuris sui fecit.

1 CIX. Corpus suum custodia, tum imperium perpetuis exercitiis paene ad Romanae disciplinae formam redactum

5. impetratoque 15. interiora 16. Hercinia silva 25. quos 27. custodia tuitus imperium perpetuis exercitiis exercitu 28. redacto

3. *et permissu*] A. *ac permissu* PbR.

5. *imperatoque*] AB. *impetratoque* PbR.

9. *cum incolumi*] APbR. *incolumi* Herelius.

14. *Marcomannorum*] AR. *Marcomanorum* Pb.

15. *inferiora*] AP. *interiora* bP.

16. *Herciniae silvae*] APbR. *Hercinia silva* Heinsius.

19. *neque fortuitum*] APbR. *atque fortuitum* Heinsius.

20. *parentium*] ABbR. *parentum* P.

25. *quis*] AB. *quos* PbR.

27. *custodia* cet.] APbR. ut est in marg., Ruhnk. nisi quod is pro *tuitus*, quod debetur Sauppio, minus probabiliter *munivit*. Venit etiam hoc in mentem: *Corpus saeptum custodia; tum imperium* cet.

brevi in eminens et nostro quoque imperio timendum perduxit fastigium gerebatque se ita adversus Romanos, ut neque bello nos lacesseretur superesse sibi vim ac vo-
2 luntatem resistendi. Legati, quos mittebat ad Caesares, interdum ut supplicem commendabant, interdum ut pro pari loquebantur. Gentibus hominibusque a nobis desciscentibus erat apud eum perfugium totumque ex male dissimulato agebat aemulum. exercitumque, quem LXX. milium peditum, quattuor equitum fecerat, adsiduis adversus finitimos bellis exercendo maiori quam, quod habebat, operi
3 praeparabat. eratque etiam eo timendus, quod cum Germaniam ad laevam et in fronte, Pannoniam ad dextram, a tergo sedium suarum haberet Noricos, tamquam in
4 omnes semper venturus ab omnibus timebatur. Nec securam incrementi sui patiebatur esse Italiam; quippe cum a summis Alpium iugis, quae finem Italiae terminant, initium cuius finium haud multo plus CC. milibus passuum
5 abesset. Hunc virum et hanc regionem proximo anno diversis e partibus T. Caesar adgredi statuit. Sentio Saturnino mandatum, ut per Catthos excisis continentibus Herciniae silvis legiones Boiohaemum. (id regioni, quam incolebat Maroboduus, nomen est:) ipse a Carnanto, qui locus Norici regni proximus ab hac parte erat, exercitum, qui in Illyrico merebat, ducere in Marcomannos orsus est.
1 CX. Rumpit, interdum moratur proposita hominum fortuna. Praeparaverat iam hiberna Caesar ad Danubium

3. lacesseret et, si lacesseretur, superesse sibi vim ac voluntatem resistendi ostenderet. 7. perfugium, in totumque 10. agebat 17. initium eius finium 19. Ti. 22. nomen est) duceret; ipse a Carnunto

ut *saeptum* per ἀβλεψίαν mutatum sit in *suum*. (*custodia tutum; imperium* Lipsius.)

3. *lacesseretur* —— *resistendi*] AP. Ut est in marg. R. de Rhenani coniectura, nisi quod pro huius *declararet* dedit Burmanni *ostenderet*.

7. *totumque*] APbR. *in totumque* Acidalius.

8. LXX] B. LX. APbR.

10. *habebat*] APbR. *agebat* Graevius. *obibat* Heinsius.

17. *cuius*] AB. *eius* PbR.

19. *T.*] A. *Ti.* PbR.

20. *Catthos*] APR. *Cattos* b. Illo modo scriptum extat *Catthorum* etiam in Taciti codice Mediceo *Ann.* 12, 27.

21. *Boiohaemum*] A. *Boiohoemum* PbR.

22. *est*] APb. *est*) *duceret* Lipsius. R.

22. *Carnanto*] A. *Carnunto* PbR.

admotoque exercitu non plus quam quinque dierum iter
2 a primis hostium Saturninum admoveri placuerat. paene
aequali divisae intervallo ab hoste intra paucos dies in
praedicto loco cum Caesare iuncturae erant, tum universa
Pannonia insolens longae pacis bonis, adulta viribus Del-
matia omnibusque tractus eius gentibus in societatem ad-
3 ductis constitit arma corripuit. Tum necessaria gloriosis
praeposita neque tutum visum abdito in interiora exercitu
vacuam tum vicino hosti relinquere Italiam. Gentium
nationumque, quae rebellaverant, omnis numerus amplius
ACCC. milibus explebat. cc. fere peditum colligebantur
4 armis habilia, equitum VIII. Cuius immensae multitudi-
nis parentis acerrimis ac peritissimis ducibus pars petere
Italiam decreverat iunctam sibi Nauporti ac Tergestis con-
finio. pars in Macedoniam effugerat. pars suis sedibus
praesidium esse destinaverat. Proxima duobus Batonibus
5 ac Pinneti ducibus auctoritas erat. In omnibus autem
Pannoniis non disciplinae tantummodo, sed linguae quo-
que notitia Romanae, plerisque etiam litterarum usus et
familiaris animorum erat exercitatio. itaque hercules nulla
unquam natio tam maturae consilio belli bellum iunxit ac
6 decreta patravit. Oppressi cives Romani, trucidati nego-
tiatores, magnus vexillariorum numerus ad internecionem

1. amotoque 2. eodem admoveri 2. placuerat. cuius copiae paene 3. dies se in 4. cum univ. 6. omnibus quoque 7. constitnto 11. DCCC. 15. pars se in Macedoniam effuderat 16. Prima 17. Omnibus 21. mature

1. *admotoque*] APbR. *amotoque* Heinsius.
2. *admoveri*] APbR. *eodem admoveri* Ruhnk.
2. Vv. *cuius copiae* supplevit Lipsius.
3. *dies*] APbR. *dies se* Ruhnk.
4. *tum*] AB. *cum* PbR.
5. *adulta*] A. *et adulta* PbR.
6. *omnibusque*] APR. *omnibus quoque* Ruhnk. *omnibus* b.
7. *adductis*] APbR. *adiunctis* Heinsius. *adsumptis* Ruhnk.
7. *constitit*] AP. *constituto* Vossius R. *ex constituto* b.
8. *abdito*] AbR. *addito* P.
9. Abest v. *relinquere* ab A.
11. *ACCC.*] AP. DCCC. bR.
13. *parentis*] ABbR. *pars* P.
13. *pars petere Italiam*] ABbR. *properare in Italium* mira interpolatione P.
15. *pars*] APbR. *pars se* Lipsius.
15. *effugerat*] AP. *se effuderat* Ursinus. R. *eruperat* b.
16. *praesidium*] APbR. *praesidio* Heinsius.
16. *Proxima*] APbR. *Prima* Lipsius. (*Maxima* Heinsius.)
17. *In omnibus*] APbR. *Omnibus* Ruhnk.
21. *maturae*] A. *mature* PbR.

ea in regione, quae plurimum ab imperatore aberat, caesus. occupata armis Macedonia. omnia et in omnibus locis igni ferroque vastata. Quin etiam tantus huius belli metus fuit, ut stabilem illum et formatum tantorum bellorum experientia Caesaris Augusti animum quateret atque terreret.

1 CXI. Habiti itaque dilectus, revocatus undique et omnes veterani, viri feminaeque ex censu libertinum coactae dare militum. Audita in senatu vox principis, decimo die, ni caveretur, posse hostem in urbis Romae venire conspectum. Senatorum equitumque Romanorum
2 exactae ad id bellum operae †. pollicitati. Omnia haec frustra praeparassemus, nisi, qui illa regeret, fuisset. Itaque ut praesidium militum resp. ab Augusto ducem in
3 bellum poposcit Tiberium. Habuit in hoc quoque bello mediocritas nostra speciosi ministri locum. Finita equestri militia designatus quaestor necdum senator aequatus senatoribus etiam designatis tribunis plebei, partem exercitus ab urbe traditi ab Augusto perduxit ad filium eius.
4 In quaestura deinde remissa sorte provinciae legatus eiusdem ad eundem missum, quas nos primo anno acies hostium vidimus! quantis prudentia ducis opportunitatibus furenteis eorum vires universas evasimus partibus! quanto

4. firmatum 6. revocati 8. militem 11. operae. sollicite sunt pollicitati. 13. praesidium ultimum resp. 15. ministerii 18. perduxi 20. missus 21. fudimus 22. fruentes 22. exhausimus

3. *quin*] A. Vascosanus R. *quia* Pb.

3. *etiam tantus*] A. *tantus etiam* PbR.

3. *metus*] APbR. *motus* Susius.

4. *formatum*] AB. *firmatum* Burer. R. *fortunatum* P.

6. *dilectus*] A. *delectus* PbR.

6. *revocatus*] AP. *revocati* bR.

6. *et omnes*] APR. *omnes* b.

7. *coactae*]APbR. *coacti* Cludius.

8. *militum*] AP. *militem* Rhenanus. bR.

11. *pollicitati*] APR. Mihi v. simile excidisse videtur: *sollicite sunt pollicitati. (operae ex pollicitatione* Ruhnk. *pollicitae* b.)

13. *militum*] APbR. *ultimum* Lipsius.

15. *ministri*] APbR. *ministerii* Lipsius. Heinsius.

17. *etiam*] APR. *et iam* b.

18. *perduxit*] AP. *perduxi* Rhenanus. bR.

20. *missum*] A. *missus* PbR.

21. *vidimus*] APbR. *fudimus* Heinsius.

22. *furentis*] APbR. Sed cum *furentis viris* (sic A. *vireis* Pb. *vires* R.) *universas* pessime dictum esset, vitium utique unice in v. *furentis* quaerendum neque vero cum Ruhnkenio corrigendum *florenteis*, sed *fruentes* (nos opportunitatibus. Primum in mentem venerat *affluentes*, sed *fruentes* longe facilius. *ducis usi opportunitatibus* Heinsius. *opportunitatibus usi* Ruhnk.)

22. *eorum*] AbR. *in eum* P.

22. *evasimus*] APbR. *exhausimus* Gruterus.

cum temperamento simul utilitatis res auctoritate imperatoris agi vidimus! qua prudentia hiberna disposita sunt! quanto opere inclusus custodiis exercitus nostri, ne qua posset erumpere inopsque copiarum et intra se furens viribus hostis elangueseeret!

1 CXII. Felix eventu, forte conatu prima aestate belli
2 Messalini opus mandandum est memoriae. qui vir animo etiam quam gente nobilior, dignissimus, qui et patrem Corvinum habuisset et cognomen suum Cottae fratri relinqueret, praepositus Illyrico subita rebellione cum semiplena legione vicesima circumdatus hostili exercitu a m xx. fudit fugavitque et ob id ornamentis triumphalibus hono-
3 ratus est. Ita placebat barbaris numerus suus, ita fiducia virium, ut ubicunque Caesar esset, nihil in se reponerent. Pars exercitus eorum proposita ipsi duci et ad arbitrium utilitatemque nostram macerata perductaque ad exitiabilem

1. temperamento simplicitatis res 2. providentia 5. viribus suis hostis 8. dignissimusque, qui 11. circumdatus, hostilis exercitus amplius milia xx. fudit 13. suus stulta fiducia virium, ut ubicunque Caesar non esset, in eo omnia, ubi esset, nihil 16. voluntatemque

1. *simul utilitatis res*] APbR. *simplicitatis res* Eldikius. (*virtutis et simul* cet. Heinsius.)

2. *prudentia*] APbR. *providentia* Burmannus.

5. *viribus*] APbR. *viribus suis* iunctum scil. cum vv. *intra se furens* O. *nostri hostis* — — *viribus haustis* Ruhnk.

8. *dignissimus qui*] APbR. *dignissimusque, qui* Heinsius.

11. *circumdatus hostili exercitu a m xx. fudit*] A. *circumdatus, hostilis exercitus amplius milia xx. fudit* O. Scil. ad v. *circumdatus* pertinet v. *subita rebellione* nec opus est altero ablativo. *circumdatus hostili exercitu, amplius xx. hostium fudit* PbR. V. *hostium* aperta est Rhenani interpolatio.

13. *suus, itu fiducia virium*] APbR. Cum tamen ἄτοπον sit *placet fiducia virium* pro *placent vires*, suspicor in *suus ita* latere *suus, stulta* (ablat.)

14. *ut ubi* cet.] APbR. Haec sententia, quam pro amara irrisione habuerunt Burmannus et Cludius, simplicem Ruhnkenius vocat, mihi trunca eo membro videtur, quo ἀντίθεσιν ex perpetuo suo more contorserat Velleius. Suppleo igitur: *ut ubicunque Caesar non esset, in eo omnia, ubi esset, nihil in se reponerent.* Sic iusta prodit oppositio inter vv. *in eo* (numero) et *in se*. Baitero locus sanus videtur, ita scilicet, ut *ita* sententiam restringat, de quo usu inter alios egit Zumptius *Gramm.* §. 726. Sed sic quoque *ita fiducia virium* defendi non potest, cum saltem requireretur *stulta* vel *ea fiducia virium* (*erat*). Ego autem refero ad praecedentia, ut ratio reddatur, cur tam imprudenter a Messalino caedi se passi sint barbari. (*in se spei reponerent* Heinsius. Fiedler.)

15. *proposita*] APbR. *opposita* Lipsius.

16. *utilitatemque*] APbR. Verum cum prorsus ἄτοπον sit *ad*

famem neque instantem sustinere neque ut facientibus copiam pugnandi dirigentibusque aciem ausa congredi occupato monte Claudio munitione se defendit. At ea pars, quae obviam se effuderat exercitui, quem A. Caecina et Silvanus Plautius consulares ex transmarinis adducebant provinciis, circumfusa quinque legionibus nostris auxiliaribusque et equitatui regio, quippe magnam Thracum manu iunctus praedictus ducibus Rhomo et Alces Thraciae rex in adiutorium eius belli secum trahebat, paene exitiabilem omnibus cladem intulit. Fuga regiorum equestris acies, fugatae alae, conversae cohortes sunt, aput signa quoque legionum trepidatum. Sed Romani virtus militis plus eo tempore vindicatum gloriae quam ducibus reliquit. qui multum amore imperatoris sui crepantes ante in hostem inciderunt, quam per exploratores, ubi hostis esset, cognoscerent. Iam igitur in dubiis rebus semet ipsae legiones adhortatae iugulatis ab hoste quibusdam tribunis militum, interempto praefecto castrorum praefectisque cohortium non incruentis centurionibus, quibus etiam primi ordines cecidere, invasere hostes nec sustinuisse contenti praerupta eorum acie ex insperato victoriam vindicaverunt.

1. instantes 1. neque cum facientibus 8. manum iunctus praedictis ducibus Rhoemetalces 10. Fusa 13. virtute 14. a more 14. sui discrepantes 19. e quibus 21. perrupta

utilitatem nostram macerata, leg. videtur *voluntatemque*.

1. *instantem*] APbR. *instantes* Acidalius.

1. *ut facientibus*] APR. *cum facientibus* Ruhnk. *facientibus* b.

2. *dirigentibusque aciem*] BbR. *derigentibus* (sic) *quae aciem* superscr. *aciam* A. *dirigentibusque etiam* P. et in marg. „Alias *aciem*."

3. *At ea*] BbR. *altera* A. *antea* P. et in marg. „Alias *at ea*."

7. *equitatui*] APR. *equitatu* Rhenanus. b.

7. *magnam*] A. (ut volebat Rhenanus.) bR. *magna* P.

8. *manu*] AP. *manum* Rhenanus. bR.

8. *iunctus*] ABbR. *vinctus* P.

8. *praedictus*] A. *praedictis* PbR.

8. *Rhomo et Alces*] AB. *Rhoemetalces* Rhenanus. R. (*Romotalces* b.)

10. *Fuga*] AB. *Fusa* Vossius. R. *Fugata* Pb.

12. *Romani*] APR. *Romana* b.

12. *virtus*] APbR. *virtute* O. Haec scilicet emendatio et facilior et probabilior videtur quam *vindicavit* pro *vindicatum*. Altera utra autem necessaria est.

13. *vindicatum*] APbR. *vindicavit* Puteanus. (*vindicatum iit* Bipontini.)

14. *amore*] APb. *a more* Pontanus. R.

14. *crepantes*] APb. *discrepantes* Pontanus. R.

19. *quibus*] ABR. *e quibus* Boeclerus. *qui* Pb.

20. *ordines*] APR. *ordinis* b.

21. *praerupta*] A. *perrupta* PbR.

7 Hoc fere tempore Agrippa, qui eodem die quo Tiberius adoptatus ab avo suo naturali erat, etiam ante biennium, qualis esset, apparere coeperat, mira pravitate animi atque ingenii in praecipitia conversus patris atque eiusdem avi sui animum alienavit sibi, moxque crescentibus in dies vitiis dignum furore suo habuit exitum.

1 CXIII. Accipe nunc, M. Vinici, tantum in bello ducem, quantum in pace vides principem. Iunctis exercitibus quique sub Caesare fuerant quique ad eum venerant contractisque in una castra decem legionibus, LXX. amplius cohortibus, XIIII. sed pluribus quam decem veteranorum milibus, ad hoc magno voluntariorum numero frequentique equite regio, tanto denique exercitu, quantus nullo unquam loco post bella fuerat civilia, omnes eo ipso laeti erant maximamque fiduciam victoriae in nu-
2 mero reponebant. At imperator, optimus eorum quae agebat iudex et utilia speciosis praeferens quodque semper eum facientem vidi in omnibus bellis, quae probanda essent, non quae utique probarentur sequens, paucis diebus exercitum, qui venerat, ad refovendas ex itinere eius vires moratus, cum eum maiorem, quam ut temperari posset, neque habilem gubernaculo cerneret, dimit-
3 tere statuit; prosecutusque longo et perquam laborioso itinere, cuius difficultas narrari vix potest, ut neque universos quisquam auderet adgredi et partem digredientium suorum quisque metu finium universi temptare non possent, remisit eo, unde venerant, et ipse asperrimae hiemis initio regressus Sisciam legatos, inter quos ipsi fuimus, partitis praefecit hibernis.

1 CXIV. O rem dictu non eminentem, sed solida

2. et iam 11. XIIII. alis et 19. cuique

2. *etiam*] AP. *et iam* bR.
8. *vides principem. Iunctis*] ABbR. *vides. Principes iunctis* P.
11. *XIIII. sed pluribus*] APbR. *XIIII. alis et pluribus* Lipsius.
12. *ad hoc*] AR. *adhoc* Pb.
19. *utique*] APbR. *cuique* Heinsius.
24. *narrari*] APbR. *enarrari* Cellarius.
26. *suorum quisque metu finium universi*] APR. *suorum metu universi* b.
28. *Sisciam*] BbR. *Sisci iam* A. *Sistiam* P.

veraque virtute atque utilitatem maximam, experientia suavissimam, humanitate singularem! Per omne belli Germanici Pannonicique tempus, nemo e nobis gradumve nostrum aut praecedentibus aut sequentibus becillus fuit, cuius salus ac valetudo non ita sustentaretur Caesaris cura, tamquam distraximus ille tantorum onerum mole huic 2 unigenitio vacaret animus. Erat desiderantibus paratum iunctum vehiculum, lectica eius publicata, cuius cum alii, tum ego sensi. Iam medici, iam apparatus cibi, iam in hoc solum uni portatum instrumentum balinei nullius non succurrit valetudini. Domus tantum ac domestici deerant; ceterum nihil, quod ab illis aut praestari aut desiderari 3 posset. Adiiciam illud, quod, quisquis illis temporibus interfuit, ut alia, quae rettuli, agnoscet protinus: solus semper eo quo vectus est, solus cum iis, quos invitaverat, maiore parte aestivarum expeditionum coenavit sedens. non sequentibus disciplinam, quatenus exemplo non nocebatur, ignovit. admonitio frequens inerat et castigatio, vindicta amarissima, agebatque medium plurima dis- 4 simulantis, aliqua inhibentis. Hiemps emolumentum patrati belli contulit; sed in sequenti aestate omnis Pannonia reliquiis totius belli in Delmatia manentibus pacem petiit. Fero uocem illam tot milium iuventutem paulo ante servitutem minatam Italiae, conferentem arma, qui usa erat apud flumen nomine Bathinum, prosternentem-

1. utilitate 4. imbecillus 6. distractissimus 6. operum mole huic uni negotio 8. cuius usum cum 10. una portatum 15. semper equo vectus 19. rarissima 21. et insequenti 23. Ferocem 24. quibus usa

1. *utilitatem*] A. *utilitate* PbR.
4. *becillus*] A. *imbecillus* PbR.
6. *distraximus*] AP. *distractissimus* Rhenanus. bR.
6. *onerum*] APbR. *operum* Santenius.
7. *unigenitio*] AB. (B. divise: *uni genitio.*) *uni negotio* bR. *uni* P.
8. *cuius*] APb. *cuius usum* Lipsius. R. *cuius beneficium* Rhenanus. b.
10. *uni portatum*] A. *una portatum* O. *importatum* PbR.
15. *eo quo*] A. *equo* PbR.
18. *frequens inerat et*] APbR. *frequens, interdum et* Criticus Gottingensis.
19. *amurissima*] AP. *rarissima* Rhenanus. bR.
20. *Hiemps*] A. *Hyems* PbR.
21. *sed in sequenti*] A. *et insequenti* Lipsius. *sed insequenti* PbR.
23. *Fero uocem*]A. *Ferocem* PbR.
24. *qui*] A. *quibus* PbR.

que se universam genibus imperatoris, Batonemque et Pinetem excelsissimos duces, captum alterum a se deditum iustis voluminibus ordine narrabimus, ut spero. Autumni victor in hiberna reducitur exercitus, cuius omnibus copiis Caesarem Lepidus praefectus est, vir nominis ac fortunae eorum proximus, quem in quantum quisque aut cognoscere aut intellegere potuit, in tantum miratur ac diligit tantorumque nominum, quibus ortus est, ornamentum iudicat.

1 CXV. Caesar ad alteram belli Delmatici molem animum atque arma contulit. in qua regione quali adiutore legatoque fratre meo Magio Celere Ulliflano usus sit, ipsius patrisque eius praedicatione testatum est et amplissimorum donorum, quibus triumphans eum Caesar donavit, 2 signat memoria. Initio aestatis Lepidus educto hibernis exercitu pergentis in integras immunesque adhuc clade belli et eo feroces ac truces tendens ad Tiberium imperatorem et cum difficultate locorum et cum vi hostium luctatus, magna cum clade obsistentium excisis agris, exustis aedificiis, caesis viris laetus victoria praedaque onustus 3 pervenit ad Caesarem let ob ea, quae si propriis gessisset

2. Pinnetem 2. captum alterum, alterum a se 4. Autumno 5. a Caesare M. Lepidus 5. nomini 12. Velleiano 16. per gentis integras

2. *Pinetem*] APbR. *Pinnetem* Edd. recentiores.

2. *alterum*] APR. *alterum, alterum* Rhenanus. b. (Hic omisit vv. *a se*.)

4. *Autumni*] AP. *Autumno* bR.

5. *Caesarem Lepidus*] AP. *a Caesare M. Lepidus* Rhenanus. Burerius. R. (*a Caesaribus Lepidus* b.)

5. *nominis*] APb. *nomini* Acidalius. R.

6. *eorum*] APbR. *Caesarum* Bipontini. Fortasse librariorum culpa contractum est *eorum* ex *eminentissimorum*, quo voc. frequenter utitur, hic tamen aliquanto restringit Lepidum *eminentissimorum* (Caesarum) *proximum* appellans.

7. *intellegere*] A. *intelligere* PbR.

11. *regione*] APbR. *expeditione* Ruhnk. Sed ex vv. *belli Delmatici* facillime elicitur *in qua Delmatia*, pro quo elegantius scripsit: *in qua regione*, ut recte significavit Wakefield ad Lucretii 1, 353.

12. *Ulliflano*] A. (*ulli flano* P.) *Velleiano* bR.

14. *donorum*] A. a prima manu. Lipsius. *honorum* A. a sec. manu. PbR.

14. *donavit*] APbR. *ornavit* Wakefield l. l.

16. *pergentis in integras*] AB. *per gentis integras* bR. (*pergentis integras* P.)

20. *caesis viris*] APbR. *incensis vicis* Heinsius. *eversis vicis* Item Heinsius. Bipontini.

21. *ob ea, quae si*] APbR. *ob quae si* Ruhnk.

auspiciis, triumphare debuerat, ornamentis triumphalibus consentiente cum iudicio principum voluntate senatus est. 4 Illa aestas maximum belli consummavit effectus. quippe perusia aedesitiales Delmatae situ locorum ac montium, ingeniorum ferocia, mira etiam pugnandi scientia et praecipue angustiis saltuum paene inexpugnabiles non iam ductu, sed manibus atque armis ipsius Caesaris tum demum pacati sunt, cum paene funditus eversi forent. Nihil in hoc tanto bello, nihil in Germania aut videre maius aut mirari magis potui, quam quod imperatori nunquam adeo ulla oportuna visa est victoriae occasio, quam damno amissi pensaret militis semperque visum est gloriosum, quod esset tutissimum et ante conscientiae famae consultum necum quod consilia ducis iudicio exercitus, sed exercitus providentia ducis rectus est.

1 CXVI. Magna in bello Delmatico experimenta virtutis in multos ac difficilis locos praemissus Germanicus 2 dedit; celebri etiam opera diligenti quib. ius Postumus vir consularis, quin positus Delmatiae ornamenta meruit triumphalia. quem honorem ante paucos annos Passienus et Cossus, viri quibusdam diversis virtutibus celebres, in

2. senatus donatus est 3. maximi 3. quippe Perustae et Desitiates Delmatae 13. conscientiae quam famae 14. nec unquam consilia 18. celeri etiam opera diligentique Vibius Postumus 19. qui impositus

2. *senatus est*] AP. *senatus donatus est* Rhenanus. bR.

3. *maximum*) A. *maximi* PbR.

4. *perusia aedesitiales*] A. *Perusia aede siciales* P.) *Perustae et Desitiates* Vossius. R. *Daorisi et Desitiates* b.)

4. *Delmatae*]BbR. *Dalmatae*AP.

13. *famae*] A. *quam famae* PbR.

14. *necum quod*] AB. *nec unquam* PbR.

16. *Delmatico*] ABR. *Dalmatico* Pb.

17. *multos*] APbR. *incultos* Heinsius.

18. *celebri*] APR. *celeri* O. Celeritatem aliquoties inter bellicas laudes praedicat Velleius. (*celebris* Burer. b.)

18. *diligenti quib. ius Postumus*] A. (cui h. l. maiorem fidem tribuo quam Burerio: „Exemplar vetustum habet: *Iul. Postumus.*") *diligentique Vibius Postumus* Pighius. R. (*diligenti Q. Iulius Postumus* b.)

19. *consularis quin positus*] A. *consularis qui impositus* O. ita ut constructio sit: *celeri etiam opera diligentique Vibius Postumus magna experimenta bellicae virtutis dedit, qui* cet. „*Impositus* autem provinciae vel populo alicui" frequenter apud Tacitum in primis reperitur. *consularis, praepositus* PbR.

19. *Delmatiae*] ABR. *Dalmatiae* Pb.

Africa meruerant. Sed Cossus victoriae testimonium etiam in cognomen filii contulit, adulescentis in omnium virtu-
3 tum exempla geniti. Ad Postumio operum L. Apronius particeps, illa quoque militia eos, quos mox consecutus est, honores excellenti virtute meruit. Utinam non ma-
5 ioribus experimentis testatum esset, quantum in omni re fortuna posset! sed in loco quoque genere abunde agnosci vis eius potest. nam et etiam vir antiquissimi moris et priscam gravitatem semper humanitate temperans, in Germania Illyricoque et mox in Africa splendidissimis functus
10 ministeriis, non merito, sed materia adipiscendi trium-
4 phalia defectus est: et A. Licinius Nerva Silianus, P. Silii filius, quem virum ne qui intellexit quidem abunde miratus est, ne nihil non optimo civis, simplicissimo duci perisset, praeferens inmatura et fructu amplissimae prin-
15 cipis amicitiae et consummatione evectae in altissimum
5 paternumque fastigium imaginis defectus est. Honorum virorum mentioni si quis quaesisse me dicet locum, fatentem arguet. neque enim iustus sine mendacio candor aput bonos crimini est.
20

1 CXVII. Tantum quod ultimam imposuerat Pannonico ac Delmatico bello Caesar manum, cum intra quinque consummati tanti operis dies funestae ex Germania epistulae caesi Vari trucidatarumque legionum trium totidemque alarum et sex cohortium, velut in hoc saltem tantummodo
25

3. At Postumio 7. in hoc quoque 8. nam et Aelius Lamia, vir 14. civi 15. praeturam gerens inmatura morte 17. deceptus est. Horum 25. salutem

3. *Ad Postumio*] AB. *At Postumi* PbR. Dativus *Postumio* recte se habet.

7. *loco*] AP. *hoc* bR.

8. *nam et etiam vir*] APR. *nam et Aelius Lamia, vir* Ruhnk. (*nam C. Sentius, vir* Bipontini. *nam et Seianus, vir* b.)

14. *nihil non*] ABR. *nihil* Pb.

14. *civis*] A. *civi* (B.) PbR.

15. *praeferens inmatura*] APR. Aliud quid quam Gelenii a Ruhnkenio probatum *praereptus inmature* in Cod. scriptura latere arbitror, scilicet: *praeturam gerens inmatura morte;* ut alibi *COS.* pro *consulatus*, sic h. l. fortasse scriptum invenit *PR. gerens*, unde factum *praeferens*, *morte* autem absorptum a syll. *matura.*

17. *defectus*] APbR. *deceptus* Burmannus.

17. *Honorum*] AB. *Horum* Burer. bR. *Quorum* P.

25. *saltem*]APb. *salutem* Schegkius. R.

25. *tantummodo*] APbR. *tanto in malo* Huth.

indulgente nobis fortuna, ne occupato ducem et causa
2 persona moram exigit. Varus Quintilius inlustri magis
quam nobili ortus familia, vir ingenio mitis, moribus
quietus, ut corpore, et animo immobilior, otio magis
castrorum quam bellicae adsuetus militiae; pecuniae vero
quam non contemptor, Syria, cui praefuerat, declaravit,
quam pauper divitem ingressus dives pauperem reliquit.
3 Is cum exercitui, qui erat in Germania, praeesset, con-
cepit esse homines, qui nihil praeter vocem membraque
haberent hominum, quique gladiis domari non poterant,
4 posse iure mulceri. Quo proposito mediam ingressus Ger-
maniam velut inter viros pacis gaudentes dulcedine iuris
dictionibus agendoque pro tribunali ordine trahebat aestiva.
1 CXVIII. At illi, quod nisi expertus vix credebat, in
summa feritate versutissimi natumque mendacio genus,
simulantes fictas litium series et nunc procataes alter al-
terum iniuria, nunc agentes gratias, quod ea Romana iu-
stitia finiret feritasque sua novitate incognitae disciplinae
mutesceret et solita armis discerni iure terminarentur, in
summam socordiam perduxere Quintilium, usque eo, ut
se praetorem urbanum in foro ius dicere, non in mediis
2 Germaniae finibus exercitui praeesse crederet. Tum iu-

1. ne occupato duce .... Sed et causa et persona 14. credat 16. provocantes 18. sua suavitate 19. mitesceret 19. decerni

1. *ducem et causa*] AP. (*duce et causa* b.) *duce .... Sed et causa* O. *duce .... Sed causa* Lipsius. (*occupato duce in debellandis Pannoniis victores Germani iis se coniungerent. Sed* Vossius.)

2. *inlustri magis quam nobili*] APbR. *nobili magis quam illustri* Ruhnk. Verum *illustris* erat, quatenus patricia, *nobilis* fuisset si multi Quintilii honores gessissent.

4. *et animo*] APbR. *ita animo* Acidalius. Defendit Cod. scripturam Huth p. 9.

8. *concepit esse homines*] APbR. *concepit eos homines* Cludius. *concepit spem homines* Baiterus.

12. *iuris dictionibus*] divise A. *iurisdictionibus* PbR.

13. V. *ordine* Lipsio, Heinsio, Ruhnkenio suspectum recte explicavit Krause, scilicet est: sollemni iudiciorum more."

14. *credebat*] APb. *credat* Lipsius. R.

16. *procataes*] B. (non *procat aes*, ut est apud Ruhnk.) *provocantes* A. in contextu, sed deletum. Tum in marg.: „*procaces* in exemplari." Item *provocantes* in marg. Rhenanus. bR. *procaces* P.

17. *ea*] APR. *eas* b.

18. *novitate*] APbR. *suavitate* Ruhnk.

19. *mutesceret*] AB. *mitesceret* PbR.

19. *discerni*] APb. *decerni* Gronovius. R.

venis genere nobilis, manu fortis, sensu celer, ultra barbarum promptus ingenio, nomine Arminius, Sigimeri principis gentis eius filius, ardorem animi voltu oculisque praeferens, adsiduus militiae nostrae prioris comes, iure etiam civitatis Romae eius equestris cōnsequens gradus segnitia ducis in occasionem sceleris usus est, haut imprudenter speculatus neminem celerius opprimi, quam qui nihil timeret, et frequentissimum initium esse calamitatis securitatis. Primo igitur paucos, mox pluris in societate consili praecepit: opprimi posse Romanos et dicit et persuadet; decretis facta iungit; tempus insidiarum constituit. Id Varo per virum eius gentis fidelem clarique nominis, Segesten, indicatur. postulabat etiam fata consiliis omnemque animi eius aciem praestruxerat. quippe ita se res habet, ut plerumque qui fortunam mutaturus deus consilia corrumpat efficiatque, quod miserrimum est, ut, quod accidit et etiam merito accidisse videatur et casus in culpa transeat. Negat itaque se credere spemque in se benevolentia ex merito aestimare profitetur. Nec diutius post primum indicem secundo relictus locus.

5. Romanae decus 8. securitatem 9. in societatem consili recipit 13. Obstabant iam 14. praestrinxerant 15. plerumque fortunam 16. accidit, id etiam 17. culpam 18. benevolentiae

4. *comes iure etiam civitatis Romae eius equestris consequens*] A. Item PR., sed *ius* pro *eius*. *comes, iure etiam civitatis Romanae decus equestris* Burmannus. Id est: „etiam (praeterea), cum data ei esset civitas Romana, eo ipso propter dignationem atque opes eques Romanus factus erat." Coniectura *decus* nunc probabilior fit, cum A. habeat *eius*. (*comes, cum iure etiam civitatis Romanae ius equestris consecutus* Heinsius. *consequens* mutandum non videtur. Nam praesens significat eum Romanum et civem et equitem simul factum esse. *comes et iam civitatis Romanae ius equestremque consecutus gradum* b. Ceterum *Romanae* debetur Burerio.)

8. *securitates*] A. superscr. *securitatis* (sic). *securitatem* PbR.

9. *societate*] AP. *societatem* Rhenanus. bR.

9. *praecepit*] AP. *recipit* Vascosanus. Gelenius. bR. (*recepit* Rhenanus.)

10. *dicit*] APbR. *docet* Heinsius.

13. *postulabat etiam*] AP. *obstabant iam* Lipsius. R. (*Sed praevalebant iam* b.)

14. *praestruxerat*] AP. *praestrinxerant* bR.

15. *qui fortunam*] AP. *fortunam* Vascosanus. R. (*ut plerumque qui fortunam mutaturus est, consilia corrumpat* b.)

16. *et etiam*] AB. *id etiam* Burer. R. *etiam* Pb.

17. *culpa*] AB. *culpam* PbR.

18. *in se*] APR. *se* b.

18. *benevolentia*] AP. *benevolentiae* bR.

1 CXIX. Ordinem atrocissimae calamitatis, qua nulla post Cassi in Parthis damnum in externis gentibus gravior Romanis fuit, iustis voluminibus ut alii, ita nos 2 conabimur exponere. nunc summa deflenda est. Exercitus omnium fortissimus, disciplina manu experientiaque bellorum inter Romanos milites princeps Marco reducis, perfidia hostis, iniquitate fortunae circumventus, cum ne pugnandi quidem + egrediē aut occasionis, in quantum voluerant, data esset immunis, castigatis etiam quibusdam gravi poena, qui a Romanis et armis et animis suis fuissent, inclusus silvis paludis insidiis ab eo hoste ad internecionem trucidatus est, quem ita semper more pecudum trucidaverat, ut vitam aut mortem eius nunc ira nunc 3 venia temperaret. Duci plus ad moriendum quam ad pugnandum animi fuit. quippe paterni avique successor 4 exempli se ipse transfixit. At e praefectis castrorum duobus quam clarum exemplum L. Eggius, tam turpe Ceionius prodidit, qui cum longe maximam partem absumpsisset acies, auctor deditionis supplicio quam praelio mori maluit. At Valnumonius, legatus Vari, cetera quietus ac

2. Crassi 6. marcore ducis 8. occasio iis 10. quia Romanis 10. animis usi 11. paludibus 15. avitique 20. Vala Numonius

2. *Cassi*] AB. *Crassi* PbR.

6. *Marco reducis*] A. *marcore ducis* PbR.

8. *egrediē*] BR. (*egredie* sine lineola, superscr. *d* litterae *g.* A.) *egregie* P. *egrediendive occasio* Vossius et Cludius, id quod non sufficit, cum deberet esse *egrediendive vallo occasio.* „In *egrediē* sine dubio substantivum latet." RUHNK. *quidem de gradu* Luxdorph. Baden affert Livii 34, 39. *Non modo ad emittenda cum procursu — — tela spatium habebant, sed ut ne de gradu quidem libero ac stabili conarentur.* Gronovium ad Senecae Agamemnonem v. 615. Sed ne hoc quidem huc quadrat, etsi ingeniosum atque unice verum Badenio videtur.

8. *occasionis*] APR. *occasio iis* Vossius.

9. *immunis*] APR. *impune* Burmannus et Ruhnk. (*egregie occasio, in quantum voluerant, data esset miseris* b.)

10. *qui a*] A. *quia* PbR.

10. *suis*] A. *usi* PbR.

11. *paludis*] AP. *paludibus* bR.

15. *avique*] AB. *avitique* PbR.

15. *successor exempli*] A. *exempli successor* BPbR. Cum transpositio prorsus Velleiana sit, fidem tribuo h. l. Amerbachio, non Burerio, etsi is quoque in Ed. princ. exhibet *exempli successor.* In Ed. Ruhnkeniana eius annotatio mutilata est.

16. *At e*] A. a sec. manu. PbR. *Atque* A. a prima manu.

17. *L. Eggius*] APR. *Egilius* b. omisso praenomine.

17. *Ceionius*] AbR. *C. Ceionius* Heinsius. *C. Eionius* P.

20. *Valnumonius*] AP. *Vala*

probus, diri auctor exempli spoliatum equitem peditem relinquens fugatum aliis Rhenum petere ingressus est, quod factum eius fortuna ulta est. Vari corpus semiustum hosti laceraverat feritas; caput eius abscissum latumque ad Maroboduum et ab eo missum ad Caesarem gentilitii tamen tumuli sepultura honoratum est.

1 CXX. His auditis revolat ad patrem Caesar; perpetuus patronus Romani imperii adsuetam sibi causam suscipit. Mittitur ad Germaniam, Gallias confirmat, disponit exercitus, praesidia munit et se magnitudine sua, non fiducia hostium metiens, qui Cimbricam Teutonicamque 2 militiam Italiae minabatur, ultro Rhenum cum exercitu transgreditur. arma interfecti, quae arguisse pater et patria contenti erant; penetrat interius, aperit limites, vastat agros, urit domos, fundit obulos, maximaque cum gloria, incolumi omnium, quos transduxerat, numero, in 3 hiberna revertitur. Reddatur verum L. Asprenati testimonium, qui legatus sub avunculo suo Varo militans gnava virilique opera duarum legionum, quibus praecerat, exercitum immunem tanta calamitate servavit matureque ad inferiora hiberna descendendo vacillantium etiam cis Rheno sitarum gentium animos confirmavit. Sunt tamen, qui ut vivos ab eo vindicatos, ita iugulatorum sub Varo

1. equite 2. fuga cum alis 4. hostilis 4. abscisum 6. tandem 11. fiducia ducis hostium 13. arma infert genti, quam arcuisse 15. obvios 21. vacillantis iam cis Rhenum

Numonius Ursinus. R. (*Volumnius* b.)

1. *equitem*] AP. *equite* bR.

2. *fugatum aliis*] AB. *fuga cum alis* bR. (*fuga cum aliis* P.)

4. *hosti*] AB. *hostilis* Burer. *hostium* PbR.

4. *abscissum*] A. *abscisum* PbR.

6. *tamen*] APR. *tandem* b.

10. *et se*] AB. *se* PbR.

11. *fiducia hostium metiens*] APbR. *fiducia ducis hostium metiens* O. *fiducia ducis metiens* Ruhnk., quia in Burerii annotatione, errore, ut opinor, aut ipsius aut operarum est tantummodo *fiducia metiens*; sed A. habet v. *hostium*.

12. *minabatur*] ABR. *minabantur* Pb.

12. *ultro*] A. firmans Freinshemii coni. ab Ruhnkenio receptam. *ultra* Pb.

13. *interfecti, quae*] APR. *infert genti, quam* Ruhnk.

13. *arguisse*] APb. *arcuisse* Lipsius. R. (*transgreditur. Arminio territo quem arguisse* b.)

15. *obulos*] AB. *obvios* PbR.

19. *gnava*] A. *nava* PbR.

21. *vacillantium etiam*] APbR. *vacillantis iam* Heinsius.

22. *Rheno*] AP. *Rhenum* bR.

occupata crediderint patrimonia hereditatemque occisi exercitus, in quantum voluerit, ab eo aditam. Luci etiam Caedicii praefecti castrorum eorumque qui una circumdati a Lisone immensis Germanorum copiis obsidebantur, laudanda virtus est, qui omnibus difficultatibus superatis, quas inopia rerum intolerabilis, vis hostium faciebat inexsuperabilis, nec temerario consilio nec segni providentia uiti speculatique opportunitatem ferro sibi ad suos pepererere reditum. Ex quo apparet Varum, sane gravem et bonae voluntatis virum, magis imperatoris defectum consilio quam virtute destitutum militum se magnificentissimumque perdidisse exercitum. Cum in captivos saeviretur a Germanis, praeclari facinoris auctor fuit Caldus Caelius ad vetustatem familiae suae dignissimus, qui complexus catenarum, quibus vinctus erat, seriem, ita illas inlisit capiti suo, ut protinus pariter sanguinis cerebrique in fluvio expiraret.

CXXI. Eadem virtus et fortuna subsequenti tempore ingressa animam imperatoris Tiberii fuit, quae initio fuerat, qui conussis hostium viribus classicis peditumque expeditionibus, cum res Galliarum maximae molis accensaque plebis Viennensium dissensiones coërtione magis

1. excisi 3. circumdati Alisone 7. providentia usi 14. Caelius ..... ac vetustate 16. cerebrique effluvio 18. et virtus 19. ingressi Germaniam imperatoris 20. contusis 21. accensasque 22. coërcitione

1. *occisi*] A. *excisi* PbR.

4. *a Lisone*] AP. *Alisone* Rhenanus. bR.

7. *providentia*] BPbR. *prudentia* A.

8. *uiti*] B. (*niti* A.) *usi* PbR. *nisi* Bipontini.

14. *Caelius ad vetustatem*]APR. *Caelius* nobilitate *ac vetustate* O. nam voc. aliquod excidisse videtur. *Caelius vetustate* b. *Caelius adolescens vetustate* Ruhnk.

17. *in fluvio*] A. (*influvio* P. R.) *effluvio* Lipsius. (*profluvio* b.)

18. *virtus*] A. *et virtus* PbR. Puto per errorem ab Amerbachio *et* omissum esse.

19. *ingressa animam*] AB. *ingressi Germaniam* O. *ingressa animum* PbR. *in Germania* Huth. „Paulo durius dicitur *fortuna ingressa animum*." RUHNK. Imo hoc est prorsus ineptum: sed Cod. lectio *animam* facilem mihi monstravit emendandi viam. Syllaba *ger* absorpta est a litteris *gre* praecedentis verbi.

20. *concussis*] A. a sec. manu. PbR. *contusis* Ruhnk. (*conussis* A. a pr. manu.)

21. *accensaque*] AB. *accensasque* PbR. *accensaeque* Vossius.

22. *plebis*] BPbR. *plebe* A.

22. *coërtione*]AP. *coërcitione*bR.

quam poena mollisset, senatus populusque R. (postulante patre eius) ut equum eius in omnibus provinciis exercitibusque esset, quam erat ipse, decreto complexus esset: 2 etenim absurdum erat non esse sub illo, quae ab illo vindicabantur; et qui ad opem ferendam primus erat, ad vindicandum honorem non iudicari parem: in urbem reversus iampridem debitum, sed continuatione bellorum dilatum ex Pannoniis Delmatisque egit triumphum. cuius 3 magnificentiam quis miretur in Caesare? Fortunae vero quis non miretur indulgentiam? quippe omnis eminentissimos hostium duces non occisos fama narravit, sed vinctos triumphus ostendit. quem militi fratrique meo inter praecipuos praecipuisque donis adornatos viros comitari contigit.

1 CXXII. Quis non inter reliqua, quibus singularis moderatio T. Caesaris elucet atque eminet, hoc quoque miretur, quod cum sine ulla dubitatione septem triumphos meruerit, tribus contentus fuerit? Quis enim dubitare potest, quin ex Armenia recepta et ex rege praepositi, cuius capiti insigne regium sua manu imposuerat, ordinatisque rebus Orientis ovans triumphare debuerit? et Vindelicorum Raetorumque victor curru urbem in- 2 gredi? fractis deinde post adoptionem continua triennii militia Germaniae viribus idem illi honor et deferendus

1. et senatus 2. aequum ei ius 3. atque erat ipsi 5. ad mandandum 12. quem mihi 16. Ti. 19. ex rege ei praeposito

1. *senatus*] AP. *et senatus* Rhenanus. bR.

2. *equum eius*] AP. *aequum ei ius* Rhenanus. bR.

3. *quam*] APbR. *quantum* Munckerus et Schefferus.

3. *ipse*] AP. *ipsi* Rhenanus. bR. (Vv. *quam erat ipsi* [] Aldus. R. Sane rectius esset: *esset atque erat ipsi*. Syll. *at* cum absorpta esset a litt. *et*, ex remanente *que*, ut aliqua comparatio efficeretur, librarius fecit *quam*.)

5. Quamquam per se vv. *ad vindicandum honorem* Velleianae consuetudini haud repugnant, (hoc scilicet significatu: „ad obtinendum proprio iure atque usurpandum:") nihilominus propter praecedens *vindicabantur* diverso sensu usurpatum cum Herelio et Cludio hic haereo. Malim: *ad mandandum honorem* viris bellicis laudibus insignibus ac bene de re publica meritis.

12. *militi*] AP. *mihi* Burer. bR.

16. *T.*] A. *Ti.* PbR.

19. *et ex rege praepositi*] AB. *et ex rege ei praeposito* Rhenanus. R. *et ex rege propositi* P. (*et rege praeposito* b.)

et recipiendus fuerit? et post cladem sub Varo acceptam totius prosperrimo rerum eventu eadem excisa Germania triumphum summi ducis adornari debuerit? Sed in hoc viro nescis, utrum magis mireris, quod laborum periculorumque semper excessit modum, an quod honorum temperavit.

1 CXXIII. Venitur ad tempus, in quo fuit plurimum metus. quippe Caesar Augustus cum Germanicum nepotem suum reliqua belli patraturum misisset in Germaniam, Tiberium autem filium missurus esset in Illyricum ad formanda pace, quae bello subegerat, prosequens eumque simul interfuturus athletarum certaminis ludicro, quod eius honori sacratum a Neapolitanis est, processit in Campaniam. Quamquam iam motus imbecillitatis inclinataeque in deterius principia valetudinis senserat, tamen obnitente vi animi prosecutus filium digressusque ab eo Beneventi ipse Nolam petiit. et ingravescente in dies valetudine, cum sciret, quis volenti omnia post salva remanere accersendus foret, festinanter revocavit filium. Ille
2 ad patrem patriae expectatore volavit maturius. Tum secum se Augustus praedicans circumfususque amplexibus Tiberi sui, commendans illi sua atque ipsius opera nec quicquam iam de fine, si fata poscerent, recusans, subrefectus primo conspectu alloquioque carissimi sibi spiritus, mox, cum omnem curam fata vincerent, in sua resolutus initia Pompeio Apuleioque COSS. septuagesimo et sexto anno animam caelestem caelo reddidit.

2. totiens 3. adornare 4. nescias 11. firmanda 11. eum atque simul 12. certamini 17. at 18. post se salva 20. expectato revolavit

2. *totius*] AB. *totiens* Perizonius. *ocius* PbR.

3. *adornari*] AB. *adornare* PbR.

4. *nescis*] A. *nescias* PbR.

11. *formanda*] APb. *firmanda* Burer. R.

11. *eumque simul*] A. *eum atque simul* O. (Aliquoties *atque* in Cod. Murbac. corruptum est.) *eum simulque* PbR.

12. *certaminis*] APbR. *certamini* Oudendorp.

17. *et*] APbR. *at* Herelius.

18. *post salva*] A. *post se salva* PbR.

19. *accersendus*] APb. *arcessendus* R.

20. *expectatore volavit*] A. *expectato revolavit* PbR.

24. Voc. *spiritus*, quo tenerrimum sensum captavit Velleius, suspectum Krausio delevit Cludius.

26. *septuagesimo et sexto*] A. *septuagesimo sexto* PbR.

27. *caelo*] PbR. *deo* A. Christiana religione deceptus. Nam in

1 CXXIV. Quid tunc homines timuerint, quae senatus trepidatio, quae populi confusio, quis urbis metus, in quam arcto salutis exitiique fuerimus confinio, neque mihi tam festinanti exprimere vacat neque cui vacat potest. Id solum voce publica dixisse habeo: cuius orbis ruinam timueramus, eum ne commotum quidem sensimus. tantaque unius viri maiestas fuit, ut ne bonis neque 2 contra malos opus armis forent. Una tamen veluti luctatio civitatis fuit pugnantis cum Caesare senatus populique R., ut stationi paternae succederet: illius, ut potius aequalem civem quam eminentem liceret agere principem. tandem magis ratione quam honore victus est, cum quicquid tuendum non suscepisset, periturum videret. solique huic contigit paene diutius recusare principatum, quam, 3 ut occuparent eum, alii armis pugnaverant. Post reddi- tum caelo patrem et corpus eius humanis honoribus, nomen divinis honoratum primum principalium eius operum fuit ordinatio comitiorum, quam manu sua scriptam 4 D. Augustus reliquerat. quo tempore mihi fratrique meo candidatos Caesaris proxime a nobilissimis ac sacerdotibus viris destinari praetoribus contigit consecutisque, ut neque post annos quemquam D. Augustus neque ante nos Caesar commendaret Tiberius.

1 CXXV. Tulit protinus ut voti et consilii sui pre-

7. ut nec bonis contra malos 8. foret 9. civilis 17. numen 20. candidatis 20. sacerdotalibus 21. consecutis quoque, ut neque post nos

Cod. Murbac. procul dubio erat *caelo*.

2. *urbis*] A. firmans Acidalii coni. *orbis* PbR.

5. *habeo*] APbR. *aveo* Vir doctus in marg. Aldinae Beruensis. *satis habeo* Ruhnk.

7. *ne*] A. *nec* PbR. Quam falsa sit tota ista sententia, bene perspexit Cludius proponens: *ut nec bonis contra malos neque civibus contra hostes opus armis foret*. Sed sufficit emendasse: *ut nec bonis contra malos opus* cet. *Nec* pro *ne* — — *quidem* habes etiam Lib. 1, 17, 2. Baiterus praefert: *ut ne bonis quidem contra malos* cet.

8. *forent*] A. *foret* PbR.

9. *civitatis*]APbR. *civilis* Ruhnk.

12. *magis ratione*] ABR. *ratione magis* Pb.

20. *candidatos*] AP. *candidatis* bR.

20. *sacerdotibus*] APbR. *sacerdotalibus* Schefferus.

21. *consecutisque*] A. *consecutis quoque* O. *consecutis* PbR.

22. *annos*] A. *nos* PbR.

24. *ut voti*] APR. *et voti* b.

24. *et consilii*] APb. *ita consilii* Burmannus. R. Defendit Cod. scripturam Huth p. 9.

tium resp. neque diu latuit aut quid non impetrando passuri fuissemus aut quid impetrando profecissemus. quippe exercitus, qui in Germania militabat praesentisque Germanici imperio regebatur, simulque legiones, quae in Illyrico erant, rabiem quandam et profunda confundendi omnia cupiditate novum ducem, novum statum, no-
2 vam quaerebant rempub. quin etiam ausi sunt minari daturos senatui, daturos principi leges; modum stipendii, finem militiae sibi ipsi constituere conati sunt. processum etiam in arma ferrumque strictum est et paene in ulti-
mam gladiorum erupit impunitas. defuitque, qui contra
3 remp. duceret, non qui sequerentur. Sed haec omnia veteris imperatoris maturitas multa inhibentis, aliqua cum gravitate pollicentis, inter severam praecipue nostrorum ultionem mitis aliorum castigatio brevi sopiit ac sustulit.
4 Quo quidem tempore ut pleraque ignave Germanicus, ita Brutus, qui a patre in id ipsum plurimo quidem igne emicans incendium militaris tumultus missus erat, prisca antiquaque severitate usus ancipitia sibi timere quam exemplo perniciosa et his ipsis militum gladiis, quibus ob-
5 sessus erat, obsidentis coërcuit, singulari adiutore in eo negotio usus Iunio Bleso, viro nescias utiliore in castris, an meliore in toga. qui post paucos annos proconsul in Africa ornamenta triumphalia cum appellatione impera-

5. rabie quadam 8. daturos se senatui 10. ultima 14. noxiorum 16. pleraque egit gnave 17. Drusus 17. plurimo iam pridem igne 19. severitate, ausus ancipitia sibi, rescidit tam re quam exemplo perniciosa et 22. Blaeso

5. *rabiem quandam*] A. *rabie quadam* PbR.

8. *daturos*] APbR. *daturos se* O.

9. V. *sunt* suspectum Grutero ac Ruhnkenio.

10. *ultimam*] AB. *ultima* Vossius. *ultimum* PbR.

14. *nostrorum*] APb. *noxiorum* Gronovius. R.

15. *mitis - castigatio*] APbR. *miti - castigatione* Gronovius. Sane aut sic legendum aut ante praepos. *inter* inserenda copula.

16. *ignave*] APbR. *egit gnave* Ruhnk. *pleraque gnave* Salmasius.

17. *Brutus*] AP. *Drusus* bR.

17. *quidem*] APbR. *iam pridem* O. *iam* latere videtur in litt. *imo* (*pridem* Bipontini.)

19. *usus*]APbR. *ausus* Acidalius.

19. Vel post v. *sibi* vel post v. *perniciosa* excidit v. huius fere significatus: *rescidit*, *sustulit*, *resecuit*.

19. *timere*] AB. *tam re* PbR. (*usus amputavit tam re* Ruhnk.)

22. *Bleso*] APbR. *Blaeso* Bipontini.

toria meruit. Ad Hispanias exercitumque virtutibus celeberrimaque in Illyrico militia praediximus, cum imperio obtineret, in summa pace quiete continuit, cum ei pietas rectissima sentiendi et auctoritas quae sentiebat obtinendi superesset. cuius curam ac fidem Dolabella quoque, vir simplicitatis generosissimae, in maritima parte Illyrici per omnia imitatus est.

1 CXXVI. Horum XVI. annorum opera quis cum insera oculis animisque omnium, in partibus eloquatur? Sacravit parentem suum Caesar non imperio, sed religione. 2 non appellavit eum, sed fecit deum. Revocata in forum fides. summota e foro seditio, ambitio campo, discordia

1. At 1. viribus celeberrimum atque in Illyrico militia, ut praediximus, cum imperio obtinens, 3. pace et quiete 8. quis, cum inhaereant universa 9. omnium, partibus 11. appellavit, sed 12. summotae foro

1. *Ad*] BR. *At* A. *Ac* Pb. (*Atque* Ruhnk.)

1. *virtutibus*] APbR. *viribus* O. Tribui potest *virtus* exercitui et cuivis multitudini universitatique, neutiquam tribui possunt *virtutes*.

1. *celeberrimaque*] APbR. *celeberrimum atque* O. ut constructio haec sit: „*exercitum celeberrimum viribus* suis *atque militia in Illyrico* peracta." *vires exercitus* habes etiam C. 37, 1.

2. *praediximus*] APR. *ut praediximus* Burer. b.

3. *obtineret*] APbR. *obtinens* Ruhnk. Sane insuave esse *cum imperio cum obtineret*, uti retento coniunctivo scribendum foret, nisi vero coni. *cum* alibi excidit, veluti post v. *At*, uti ratus est Cludius. Probabilius tamen est praepos. *cum* ante v. *imperio* a librario habitam esse pro coniunctione atque inde ortum coniunctivum. Baiterus quidem sic distinguit legitque: *At Hispanias exercitumque, virtutibus* (suis) *celeberrimaque in Illyrico militia* (sua), *ut praediximus, cum imperium obtineret, in summa pace et quiete continuit.* Sed praepositione *cum* in hac formula *cum imperio obtinere* carere vix possumus, etsi ex hoc ipso loco Forcellinus affert *imperio obtinere:* nec *imperium obtinere* ita dicitur de una provincia.

3. *quiete*] APbR. *et quiete* O. *ac quiete* Rhenanus. Ruhnk. Pro adverbio, ut fecerunt Geleuius et Cludius, haberi nequit.

8. *insera oculis*] ABR. *inhaereant universa oculis* partim cum Krausio O. *universa sint in oculis* Ruhnk. *inserta sint oculis* Pb.

9. *in partibus*] APbR. *partibus* Vossius. Ruhnk.

11. *appellavit eum*] APbR. *appellavit* Gruterus.

11. *in forum*] APbR. *in torum* Withof. *in pomoerium* Adimarius. *in totum* Cludius. Culpae omnino ipsius Velleii haec somnia originem debent; qui cum in forum revocatum aliud, aliud e foro summotum cuperet, in tota ἀντιθέσει parum felix fuit.

12. *summota e foro*] APbR. *summotae foro* Rhenanus; sane concinnius cum sequatur *sepultae iustitia aequitas industria civitati redditae* et praeterea repetenda fuisset praepositio *e campo, e curia. summotae foro — — ac situ obsopitae* Bergk. Sed neque *situ* quis *sopiri* potest nec v. *obsopire* Velleio tribui debet.

12. V. *seditio* suspectum Ruhnkenio. „*Seditio in foro*, inquit,

curiae, sepultaeque ac situ oppositae iustitia aequitas industria civitati redditae. accessit militibus auctoritas, senatui maiestas, iudiciis gravitas, compressa theatralis seditio; recte faciendi omnibus aut incussa voluntas aut imposita
3 necessitas. honorantur recta, prava puniuntur. | suspicit 5 potentem humilis, non timet; antecedit, non contemnit humiliorem potens. quando annona moderatior, quando pax laetior? Diffusa in Orientis Occidentisque tractus et quicquid meridiano aut septentrione finitur, pax augusta per omnis terrarum orbis angulos a latrociniorum metu 10
4 servat immunis. Fortuita non civium tantummodo, sed urbium damna principis munificentia vindicat. restitutae urbes Asiae. vindicatae ab iniuriis magistratuum provinciae. honor dignis paratissimus. poena in malos sera, sed
5 aliqua. superatur aequitate gratia, ambitio virtute. | nam 15 facere recte civis suos principes optimus faciendo docet. cumque sit imperio maximus, exemplo maior est.

1 CXXVII. Raro eminentes viri non magnis adiutoribus ad gubernandam fortunam suam uisi sunt: ut duo Scipiones duobus Laeliis, quos per omnia aequaverunt 20 sibi; ut D. Augustus M. Agrippa et maxime ab eo Statilio

1. curia 1. obsitae 2. magistratibus 9. pax augusta P. R. omnis 12. medicatur 16. princeps ipse optimus 19. usi 21. et proxime

quae sit, nescio." Equidem minime dubito, quin sine reprehensione pro turbis, tumultu, dissensione uti potuerit eo vocabulo, etsi negligentius mox idem repetit. (Luxdorph. affert Taciti *Hist.* 2, 38. *in urbe ac foro tentamenta civilium bellorum.*)

1. *curiae*] AP. *curia* bR.

1. *sepultaeque ac*] ABbR. *sepultae: ac* P.

1. *oppositae*] ABP. *obsitae* bR.

2. *militibus*] AP. *magistratibus* bR.

3. *maiestas*] A. a sec. manu. PbR. *maiestatis* A. a prima manu.

4. *incussa*] APbR. *infusa* Ruhnk.

9. *pax augusta per omnis*]APbR. *pax augusta P. R.* (populi Romani) *omnis* O. Sic notante Valesio ad Eusebii H. E. 10, 9. *pax Romana* apud Senecam. *pax augusta per omnia omnis* Gruuerus et Ruhnk.

12. *vindicat*] APbR. Verum hoc profecto nimium est C. 121. *vindicabantur — — ad vindicandum*, h. l. *vindicat — vindicatae.* Quocirca suspicor *medicatur.* Litterae *ur* absorptae a seq. *r.*

15. *aliqua*]APbR. *aequa* Lipsius.

16. *principes optimus*] A. *princeps ipse optimus* O. *ἀντιθέσει* Velleio ut puto, digna. Cum coaluisset *princepsipse* transpositis litteris *ipse* in *ipes* monstrum illud lectionis ortum est. *princeps optimus* PbR.

19. *uisi*] A. *usi* PbR.

21. *maxime*] APbR. *proxime* Schefferus et Burmannus.

Tauro. quibus novitas familiae aut stitit dominus ad multiplicis consulatos et complurae numerentur sacerdotia. 2 etenim magna negotia magnis adiutoribus egent neque in parvo paucitas ministeria defecit. interestque reipub. quod usu necessarium e dignitate eminere utilitatemque auctori- 3 tate munire. Sub his exemplis T. Caesar Seianum Aelium principe equestri ordinis patre natum, materno vero genere clarissimas veteresque et insignes honoribus complexum familias, habentem consularis fratres consobrinos avunculum, ipsum vero laboris ac fidei capacissimum, sufficiente etiam vigore animi compage corporis, singularem principalium onerum adiutorem in omnia habuit at- 4 que habet, virum severitatis laetissimae, hilaritatis priscae, actu otiosis simillimum, nihil sibi vindicantem eoque adsequentem omnia, semperque infra aliorum aestimationes se metientem, voltu vitaque tranquillum, animo ex omnem.

1 CXXVIII. In huius virtutem aestimationem iam pridem iudicia civitatis cum iudiciis principis certant. neque novus hic mos senatus populique Ro. est putandi, quod optimum sit, esse nobilissimum. nam et illi primi

1. haut obstitit, quo minus 2. consulatus et complura eveherentur 3. egent atque etiam parva paucitas ministerii deficit. 5. necessarium est, et dignitate 6. muniri 6. Ti. 7. equestris 11. vigori 17. exsomnem. 18. In huius viri virtutum aestimatione 21. illi prisci primum ante

1. *aut stitit dominus*] A. *haut obstitit*, *quo minus* PbR.

2. *consulatos*]A. *consulatus*PbR.

2. *complurae numerentur*] AB. *complura eveherentur* Vascosanus. R. *complura eniterentur* b. *complura enumerarentur* P.

3. *neque in parvo paucitas ministeria defecit*] APbR. *atque etiam parva paucitas ministerii deficit* O. (*ministerii* iam Thysius, *deficit* Acidalius.) Sensus: „etiam parva negotia minus procedunt, ubi paucis utitur ministris princeps."

5. *e dignitate*] A. *est*, *dignitate* Ruhnk. *et dignitate* PbR. Utraque emendatio coniungenda.

6. *munire*] AP. *muniri* bR.

6. *T.*] A. *Ti.* PbR.

7. *equestri*] A. *equestris* PbR.

8. *veteresque et insignes*] A. *vetereisque et insigneis* PbR.

11. *vigore*] A. *vigori* PbR.

15. *semperque*] ABR. *semper* Pb.

17. *ex omnem*]A. *exsomnem* PbR.

18. *virtutem aestimationem*] B. *virtutum aestimatione* APbR. *viri virtutum* Ruhnk.

21. *illi primi ante bellum*] A.

ante bellum Punicum abhinc annos ccc. Ti. Coruncanium, hominem novum cum aliis omnibus honoribus pontifica-
2 tum etiam maximo ad principale extulere fastigium. et eque aequestri loco natum Sp. Carvilium et mox M. Catonem novum etiam Tusculo urbis inquilinum Mummi-
umque Achaicum in consulatus, censuras et triumphos
3 provexere. et qui C. Marium ignotae originis usque ad sextum consulatum sine dubitatione Romani nominis habuere principem et qui M. Fulvio tantum tribuere, ut paene adsentatione sua quibus vellet principatus concilia-
ret quique nihil Asinio Pollioni negaverunt, quod nobilissimis summo cum sudore consequendum foret, profecto hoc senserunt, in cuiuscunque animo virtus inesset, ei
4 plurimum esse tribuendum. Haec naturalis exempli imitatio ad experiendum Seianum Caesarem, ad iuvanda vero onera principis Seianum protulit senatumque et P. R. eo produxit, ut, quod usu optimum intellegit, id in tutelam securitatis suae libenter advocet.

1 CXXIX. Sed proposita quasi universa principatus T. Caesaris singulare censeamus. Qua ille prudentia Rhascupolim interemptorem fratris sui fili Cotyss consortisque eiusdem imperii formam evocavit? singulari in eo nego-

2. honoribus, tum pontificatu 4. et equestri 9. M. Tullio 15. ad levanda 16. perpulit 17. perduxit 20. Ti. Caesaris forma singula recenseamus 21. Cotyis 22. imperii Romam

illi prisci primum ante bellum O. *illi antiqui ante primum bellum* PbR.; in quo Rhenani interpolationem agnosco. Vix enim ita dormitabat Amerbachius, ut per errorem scriberet *illi primi ante* pro iis, quae Ed. princeps exhibet.

1. *Ti. Coruncanium*] ABR. *T. Coruncanum* Pb.

2. *pontificatum*] A. *tum pontificatu* PbR.

4. *eque aequestri*] A. *equestri* PbR.

7. *Marium*] APb. Mirum, ni post syll. *rium* exciderit v. *virum*.

9. *M. Fulvio*] APb. *M. Tullio* Lipsius. R.

15. *iuvanda*] APbR. *levanda* Cludius.

16. *protulit*] APbR. *perpulit* Cludius.

17. *produxit*] AB. *perduxit* PbR.

20. *T.*] A. *Ti.* PbR.

20. *singulare censeamus*] A. *forma singula recenseamus* Rhenanus.bR. (*singula recenseamus* P.)

21. *Cotyss*] A. *Cotyis* Heinsius. *Cotys* PbR.

22. *imperii formam*] ABP. *imperii Romam* Ursinus. Rursus Li-

tio usus opera Flacci Pomponii consularis viri, nati ad omnia, quae recte facienda sunt, simplicique virtute
2 merentis semper quam captantis gloriam? Cum quanta gravitate ut senator et iudex, non ut princeps, et causas pressius audit? quam celeriter ingratum et nova molien-
5 tem oppressit? Quibus praeceptis instructum Germanicum suum imbutumque rudimentis militiae secum actae domitorem recepit Germaniae? Quibus iuventam eius exaggeravit honoribus respondentem cultu triumphi rerum, quas
3 gesserat, magnitudini? Quotiens populum congiariis ho-
10 noravit senatorumque censum, cum id senatu auctore facere potuit, quam libenter explevit, ut neque luxuriam invitaret neque honestam paupertatem pateretur dignitate destitui? Quanto cum honore Germanicum suum in transmarinas misit provincias? Qua vi consiliorum suorum
15

2. recte sentienti facienda 3. merentis semper, nunquam captantis 5. audit quam ceteri et sanctius diiudicat? Quam celeriter 5. molientem 6. Libonem oppressit? 9. respondente 15. cogitationum suarum

psius. cfr. Tacit. *Ann.* 2, 67. *Rhescuporin — — in urbem traxere.* (*imperii evocavit* Rhenano auctore bR.)

2. *recte facienda sunt*] APbR. Sed hoc prorsus ἄκυρον et haesit in eo sagacissimus Acidalius et Salmasius. Quidni missis talibus ambagibus simpliciter dicere potuisset: *natus ad omnia recte facienda?* Sed quae nunc habentur, indicio sunt excidisse v. *sentienti.* (Salmasii coniecturam *quae recte faciendi sunt*, τοῦ ὀρθῶς ποιεῖν vix Latinam puto.)

3. *quam captantis*] APbR. *nunquam captantis* O. Haec ἀντίθεσις latebat: *semper*, *nunquam.* (*non captantis* Cludius. *magis quam captantis* Vascosanus.)

3. *Cum quanta*] APbR. *Iam quanta* Ruhnk. *Quanta cum* Krause.

4. *et causas pressius audit quam celeriter*] APbR. „Copulam *et* cum Aldo Nepote tollere malim." RUHNK. Sed ea ipsa indicium praebet alterum membrum excidisse, ut acute perspexit Krause, postque eum Cludius, qui supplendum duxit vel *et aequius diiudicat* vel *et severius iudicat.* Vel sic tamen comparativus *pressius* arguit excidisse ipsam quoque comparationem, quae latet in vv. *quam celeriter.* Fuerit igitur: *et causas pressius audit quam ceteri et sanctius diiudicat? Quam celeriter.* Ipsa litterarum similitudo *quam ceteri — — quam celeriter* in causa fuit, ut media excideret.

6. *oppressit*] APR. *Libonem oppressit* O. Scilicet post syll. *LIENTEM* facilius quam alibi excidere potuit *LIBONEM. oppressit Libonem?* Ruhnk. (*celeriter Libonem* b.)

9. *respondentem*] AB. *respondente* PbR.

15. Aeque ab omni veri similitudine abhorret et bis in eadem

ministro et adiutore usus Druso filio suo Maroboduum inhaerentem occupati regni finibus, pace maiestatis eius dixerim, velut serpentem abstrusam terrae salubribus consiliorum suorum medicamentis coëgit egredi? quam illum ut honorate nec secure continet? Quantae molis bellum principe Galliarum ciente Sacroviro Floroque Iulio mira celeritate ac virtute compressit, ut ante P. R. vicisse quam bellare cognosceret nuntiosque periculi victoriae praece-
4 deret nuntius? Magni etiam terroris bellum Africum et cottidiano auctu maius auspiciis consiliisque eius brevi sepultum est.

1 CXXX. Quanta sua suorumque nomine extruxit opera? Quam pia munificentia superque humanam evecta fidem templum patri molitur? Quam magnifico animi temperamento Cn. quoque Pompei munera absumpta igni restituit? qui quidem quam claritudine eminuit, id veluti
2 cognatum censet tuendum. Qua liberalitate cum alias, tum proxime incenso monte Caelio omnis ordinis hominum iacturae patrimonio succurrit suo? Quanta cum quiete hominum rem perpetui praecipuique timoris, supplemen-
3 tum, sine trepidatione dilectus providet? Si aut natura patitur aut mediocritas recipit hominum auro deo cum

7. vicisse se quam 12. suo 16. qui quicquid unquam claritudine 20. omnium 22. aut ratio deorum cum dis queri

clausula Velleium posuisse vv. *consiliorum suorum* et inculcata esse posteriore loco, ubi Ruhnkenius ea uncis inclusit, Cludius delevit. Potius prius corruptum esse reor e vv. *cogitationum suarum*.

3. *terrae*] APbR. *terra* Cludius.

5. *ut*] APR. *et* b. *ut honorate, ita nec secure* Ruhnk. Defendit Cod. scripturam Huth p. 9.

6. *Iulio*] APbR. *Iuliis* Ruhnk.

7. *vicisse quam*] A. *vicisse se quam* PbR.

12. *sua*] APb. *suo* Vascosanus. R.

16. *quidem quam*] AP. *quicquid unquam* Rhenanus. bR.

18. *Caelio*] AbR. *Caeli* P.

20. *hominum*] APbR. *omnium* O.

21. *sine trepidatione*] APbR. *sine detrectatione* Ruhnk.; quod tamen nullam Tiberii laudem continet, quam in his quoque aperte quaesivit Velleius. Est autem, quasi dixisset: „ita tamen, ut sine ulla trepidatione, praepropera festinatione delectus habeatur nec primus quisque, etiam minus habilis robustusque conscribatur."

21. *dilectus*] A. *delectus* PbR.

22. *auro deo cum de his queri*] APR. *aut ratio deorum cum dis queri* O. Scil. in *auro* latet *aut*

de his queri, quid hic meruit, primum ut scelerata Drusus Libo iniret consilia? deinde ut Silium Pisonemque tam alterius dignitatem constituit, auxit alterius. Ut ad maiora transcendam, quamquam et haec ille dixit maxima, quid, ut iuvenes amitteret filios? quid, ut nepotem
4 ex Drusuo? Dolenda adhuc rettulimus; veniendum ad erubescenda est. Quantis hoc triennium, M. Vinicii, doloribus laceravit animum eius? quam diu abstruso, quod miserrimum est, pectus eius flagravit incendio, quod ex nuru, quod ex nepote dolere indignari erubescere coactus
5 est? Cuius temporis egreditudinem auxit amissa mater eminentissima et per omnia deis quam hominibus similior femina, cuius potentiam nemo sensit nisi aut levatione periculi aut accessione dignitatis.

1 CXXXI. Voto finiendum volumen sit. Iuppiter Capitoline et auctor ac Stator Romani nominis Gradive Mars, perpetuorumque custos Vesta ignium et quicquid nominum honor omni imperii molem in amplissimum terrarum orbis fastigium extulit, vos publica voce obtestor

2. Pisonemque tam alienatos haberet, quorum alterius dignitatem 4. duxit 6. Druso suo? 7. M. Vinici 11. aegritudinem 15. volumen est 16. Capitoline ac Stator, et auctor 18. numinum hanc Romani imperii

ratio (*oiola*, *natura*, quo vocabulo iterum uti non poterat) quod scribitur in Codd. *aut ro* cum lineola. *deorum* iam Rhenanus proposuit, *cum dis queri* Ursinus. (*apud aures deorum de his queri* b. *ante ora deorum de his queri* Luxdorph.)

3. *tam alterius*] APR. *tam alienatos haberet, quorum alterius* O. Sic melius intelligitur, quomodo similia vocabula *alienatos*, *alterius* loco huic detrimentum attulerint quam in Burmanni supplemento: *tam infestos haberet, quorum alterius.* (*ut Silius et Piso, quorum alterius* b.)

4. *dixit*] AP. *duxit* Rhenanus.bR.

6. *Drusuo*] B. *Druso suo* Burer. *Druso* APbR.

7. *erubescenda est*] ABR. *erubescenda* Pb.

7. *Vinicii*] B. *Vinici* APbR.

8. *animum eius*] APbR. *animum Caesaris* Herelius.

10. *indignari erubescere*] ABR. Om. *erubescere* Pb.

11. *egreditudinem*] A. *aegritudinem* PbR.

15. *volumen sit*] APbR. *volumen est* O. (e scriptura *volumen st* ortum *sit*.)

15. *Iuppiter*] A. *Iupiter* PbR.

16. *ac Stator*] BR. *et Stator* APb. *ac Stator et auctor* Puteanus.

18. *nominum honor omni imperii*] AB. *numinum hanc Romani imperii* PbR.

atque precor, custodite, servate, protegite hunc statum,
2 hanc pacem; eique functo longissima statione mortali destinate successores quam serissimos, sed eos, quorum cervices tam fortiter sustinendo terrarum orbis imperio sufficiant, quam huius suffecisse sensimus; consiliaque
5 omnium civium aut pia * * * * * * *

2. hanc pacem, hunc principem; eique 6. aut pia fortunate aut scelerata frustramini.

2. *hanc pacem*] APbR. *hanc pacem, hunc principem* Lipsius. *hunc principem* pro vv. *hanc pacem* Salmasius.

6. *aut pia*] APbR. Sic fere suppleudus defectus, ut posui in margine. (*aut pia fovete aut impia opprimite* Vossius.)

CODEX VATICANUS

SEC. X. N. 3864

C. CRISPI SALLUSTI

ORATIONUM ET EPISTOLARUM

EX DEPERDITIS

HISTORIARUM

LIBRIS.

CODEX VATICANUS

SÉC. X. N. 3864. SIVE PRIMUS.

C. CRISPI SALLUSTI

ORATIONES EXCERPTAE DE HISTORIIS.

INCIPIT FELICITER.

ORATIO LEPIDI COS. AD P. R.

1 Clementia et probitas vestra Quirites quibus per ceteras gentes. maximi et clari estis plurimum timoris mihi faciunt adversum tyrannidem L. Sullae. Ne quae ipsi nefanda aestimatis ea parum credendo dealiis. circumveniamini praesertim cum illi spes omnis in scelere atque per fidia sit. Neq. se aliter tutum putet quam si peior atque intestabilior. metu vestro fuerit. quo captis libertatis curam miseria eximat. aut si provideritis invitandis 2 periculis magis. quam ulciscendo teneamini Isatellites quidem eius homines maximi nominis optumis maiorum

4. de aliis 6. perfidia 8. in vitandis

CORTIUS. 3. *advorsus* 3. *ne ipsi nefanda quae aestumatis* 7. *captivis* 8. *in tutandis* 9. *quam in ulciscendo* 10. *nominis, non minus optumis*

7. *captis*] Cum iam certum sit Vatic. pr. sic habere, non iam praeferenda videtur volgata *captivis*. Quid, quod illud melius etiam respondet v. *circumveniamini* firmaturque consuetudine Sallustiana (Cat. 14, 4. Iug. 14, 11. 85, 7.) et Tacitina, *Annal.* 6, 1. *vim, raptus suaque ipsi libita velut in captos exercebant.*

8. *in vitandis*] Eu, quod in Aldina secunda ex mera, ut arbitror coniectura legitur, clare exstat in Vatic. pr., adeo ut volg. *in tutandis* aut errori falsam eruditionis speciem praebenti aut antiquarii sapientiae deberi videatur. Apud Salustium utique nunquam reperitur *tutari pericula, inopiam*, quo dicendi modo notante Gerlachio usus est Caesar B. C. 1, 52.

Set quantum audeatis vereor. Ne alius alium principem expectantes ante capiamini. Non opibus eius quae futtiles et corruptae sunt sed vestra socordia quam raptum irilicet et quam audeas tum videri felicem. Nam praeter satellites commaculatos quis eademvult aut quis non omnia mutata praeter victoriam. Scilicet milites quorum sanguine Tarulae Scirroque pessumis servorum divitiae partae sunt. anquib. praelatus immagistratib. capiendis Fufidius ancillaturpis. honorum omnium dehonestamentum. Itaq. maximam mihi fiduciam parit victor exercitus cui per tot volnera. et labores nihil praeter tyrannum. quaesitum est. Nisi forte tribunitiam potestatem eversum profecti sunt perarma conditam a maiorib. suis itaque iura et iudicia sibimet extorquerent egregia scilicet mercede cum relegati in paludes et silvas contumeliam atque invidiam suam praemia penes paucos intellegerent. Quare igitur tanto agmine. atque animis incedit quia secundae res miraesunt vitiis optenttui. quibus labefactis quam formidatus est. tam contemnetur Nisi forte specie concordiae

2. futiles 4. ire licet ei, quem pudeat vos tam videri felicem 5. eadem volt 7. Scyrtoque 8. an quibus praelatus in magistratibus 9. ancilla turpis 13. per arma 13. utique iura 16. intellegerint 18. mire sunt vitiis optentui

CORTIUS. 1. *quantum vos audeatis* 3. *captum ire licet et quam audeat tam videri felicem* 7. *Tarrulae Scyrroque* 8. *Fusidius* (13. Habet *utique*.) 16. *intellegerent* 18. *formidatus antea est*

4. *irilicet et quam audeas tum videri felicem*] Nova crux accessit corrupto huic loco ex eo, quod *tum* nobis praebetur pro volg. *tam* sive est librarii error sive etiam Heysii, cum in Codd. vetustioribus *a* et *u* saepenumero distingui vix possint. Nunc ita malim: *ire licet ei, quem pudeat vos tam videri felicem*; „socordiam vestram raptum ire licet Sullae, hominem, quem tamen vosmet ipsos pudeat tam videri felicem, cum re vera sit infelicissimus propterea quod nemo cum eo sentit praeter paucos satellites commaculatos cet." Quod si legas: *ei, quem pudeat tam videri felicem*, hoc quoque haud spernendam praebet sententiam: „quem ipsum pudeat cognominis sui Felicis, mera cum sit species ista, non res, ipse cum conscius sibi sit, quam paucos habeat sui studiosos praeter nonnullos homines conscleratos."

13. *itaque*] Nova lectio, quae recte in volg. correcta est, scil. in *utique*.

16. *intellegerent*] Sic Heysii ἀχόγραφον, ut habent ceteri Codd. noti. Contra Gerlachio teste (Vol. 3. p. 308.) Vatic. pr. habet *intellegerint*, antiquiore forma pro *intellexerint*, quod tempus unice huc quadrat.

et pacis quae sceleri et parricidio suo Nomina indidit. Neq. aliter rem p. et belli finem ait. Nisi maneat expulsa agris plebes praeda civilis acerbissima. ius iudiciumque 11 omnium rerum. penes se. quod populi R. fuit | quaesivobis pax et composita intelleguntur. maxuma turbamenta rei p. atque exitia probate admuite legibus impositis accipite otium cum servitio et tradite exemplum posteris ad rem 12 p. suimet sanguinis mercede circumveniundam mihi. quamquam per hoc summum imperium satis quaesitum erat. Nomini maiorum dignitati. atque etiam praedio tamen Non fuit consilium privatas opes facere potiorque visa est periculosa libertas quieto servitio quae si probatis adestequirites et bene iuvantib. divis M. Acmillium COS. ducem et auctorem sequimini ad recipiendam libertatem.

ORATIO PHILIPPI INSIA.

1 Maxime vellem P. C. remp. quietam esse aut in periculis a promptissimo quoq. defendi. deniq. parva incepta consultoribus Noxae esse. Sed contra seditionibus omnia turbata sunt et abiis quos prohibere magis decebat. postremo quae pessimi et stultissimi decrevere ea bonis et sapientib. facienda sunt. Nambellum atq. arma quamquam vobis invisa. tameN quia Lepido placent. sumenda sunt. Nisi forte cui pacem praestare et bellum pati con- 2 silium est. Prodi boni qui hancurbem omis sacura adhuc

4. Quae si vobis 7. ad populum Romanum 8. circumveniundum. Mihi quamquam 10. praesidio 12. adeste, Quirites 13. dis M. Acmilium 15. IN SENTENTIA. 17. prava 19. ab iis 21. Nam bellum 24. Pro di 24. hanc urbem omissa cura

CORTIUS. 2. *aliter populo Romano esse belli finem* 5. *pax et concordia* (7. Habet *ad populum Romanum — — circumveniundum.*)

5. *composita*] Firmat hanc lect. Vatic. pr., cui plerique substituerunt Aldi coniecturam *concordia.*

7. *ad rem p. — — circumveniundam*] Nunc demum constat sic habere etiam Vatic. pr. Probanda tamen emendatio Aldi: *ad populum Romanum — — circumveniundum.*

10. *praedio*] *praesidio* correxit Aldus.

13. *divis*] *dis* ceteri Codd. (?) Editiones.

15. *INSIA*] Compendium est vv.: *in sententia.* „Oratio habita loco sententiae." Volgo: *in senatu.*

tegitis. M. Aemilius omnium flagitiosorum postremus qui peior aN ignavior sit. deliberari non potest. exercitum opprimendae libertatis habet et secontempto metuendum effecit vos mussantes et retractantes verbis et vatum carminis pacem optatis magis quam defenditis Neq. intel-
legitis mollitia decretorum vobis dignitatem illi metum detrahi atque id iure. quoniam ex rapinis consulatum obseditionem provinciam cum exercitu adeptus est quid ille obbenefacti cepisset cuius scelerib. tanta praemia tribuistis.
3 at scilicet eos qui ad postremum usque legatos pacem concordiam et alia huiuscemodi decreverunt gratiam habeo peperisse immo despecti et indigni R. P. habiti praedae loco aestimantur. quippe metu pacem repetentes quo habitam amiserant. equidem a principio cum Etruriam coniurare proscriptos accersi largitionibus R. P. lacerari vi-
debam maturandum putabam et Catuli consilia cum pau-
4 cis secutus sum. ceterum illi qui gentis Aemiliae benefacta extollebant et ignoscendo P. R. magnitudinem auxisse Nusquam etiam tum Lepidum progressum aiebant. cum privata arma opprimendae libertatis cepisset. Sibi quisq.
opes aut patrocinia quaerendo consilium publicum cor-
5 ruperunt. at tum erat Lepidus latro cum calonibus et paucis sicariis quorum Nemo diurna mercede vitam mutaverit. Nuncest pro COS. cum imperio Non empto sed dato a vobis. cum legatis adhuc iure parentib. et ad eum

3. se e contempto 4. retractantes, verbis et vatum carminibus pacem 7. ob seditionem 9. ob bene facta 11. ab eo 18. populi Romani 24. Nunc est pro consule

CORTIUS. 1. *regitis* 4. *retractantes verbis et vatum carminibus, pacem* 10. *At scilicet ii* 15. *accersiri* 22. *attamen erat*

1. *tegitis*] Sic Vatic. pr., (non solum tertius.) Heysio in margine adscribente: „Non *regitis*." quae volgata est lectio iam reiicienda.

5. *carminis*] Idem error notatur etiam e Vaticano Bongarsii.

9. *obbenefacti*] Mirus error, in quo fortasse latet praeter vv. *ob bene facta* genitivus in *i* exiens pertinensque ad v. *quid* vel post vv. *ob bene facti* excidit accusativus, ut *gratiam*.

11. *eos — — habeo peperisse*] Firmat Vatic. pr. lect. rectam pro Cortii: *ii — — ab eo peperisse* et aliorum: *ii — — ab eo peperere*.

24. *pro COS.*] Ipsa haec scriptura significat leg. esse: *pro consule*, non *proconsul*.

concurrere homines omnium ordinum corruptissimi. flagrantes inopia et cupidinibus scelerum conscientia exagitati. quibus quies in seditionib. in pace turbaesunt hitumultum ex tumultu bellum ex bello serunt. Saturnini olim post Sulpicii dein Mari Damasippique Nunc Lepidi
6 satellites. praeterea Etruria atq. omnes reliquiae belli arrectae Hispaniae armis sollicitae Mithridates in latere vectigalium nostrorum quib. adhuc sustentamur. diem bello circumspicit quin praeter idoneum ducem Nihil abest ad
7 subvertendum imperium. quod ego vos oro atque obsecro P. C. ut animadvertatis Ne patiamini licentiam scelerum quasi rabiem ad integros contactu procedere. Nam ubi malos praemia secuntur haut facile quisquam gratuito bonus est an expectatis dum exercitu rursus admoto ferro atque flamma urbem invadat quod multo propius est ab eo quo agitat statu quam ex pace et concordia ad arma civilia quae ille adversum divina et humana omnia cepit. Non pro sua aut quorum simulat iniuria. Sed legum aclibertatis subvertendae. agitur enim ac laceratur animi cupidine et noxarum metu expers consilii inquies haec atque illa temptans metuitotium odit bellum luxu atq. licentia carendum videt atq. interim abutitur vestra socordia. Neq. mihi satis consilii est metum anignaviam an dementiam eam appellem qui videmini itanta mala quasi fulmen optaresequisque Ne attingat. Set prohibere Ne
8 conari quidem. et quaeso considerate quam conversa rerum natura sit antea malum publicum occulte auxilia palam instruebantur. et eo boni malos facile anteibant Nunc pax et concordia disturbantur palam defenduntur occulte

3. turbae sunt; hi tumultum 11. neu 19. ac libertatis 19. angitur 21. metuit otium 23. an ignaviam 24. videmini tanta 25. optare se quisque ne

CORTIUS. (4. Habet *neu.*) 15. *invadit* (19. Habet *angitur.*) 23. *consilii*, *metum* 24. *videmini intenta* 29. *pax*, *concordia*

11. *ne*] Scrib. cum Vatic. tert. *neu*.
19. *agitur*] Praeter Vatic. pr. sic etiam Vatic. tert. et Vatic. Bongarsii. Contra Vatic. sec. videtur habere *angitur*.
24. *itanta*] Leg. *tenta*. Adhaesit *i* ex ult. litt. praeced. voc. Pomponius Laetus *in tantâ*. Ceteri (an etiam Vatic. sec. tert.?) *intenta*, quod apud Sallustium quoque requirere videtur dativum aliquem, *vobis*, *civitati*, *rei publicae*.

quibus illa placent. In armis sunt. vos in metu quid expectatis Nisi forte pudet aut piget recte facere an Lepidi mandata animos movere qui placere ait sua cuique reddi et aliena tenet belli iura rescindi cum ipse armis cogat civitatem con firmari quibus ademptam negat. concordiae gratia tribuniciam potestatem restitui ex qua omnes discordiae accensae. pessime omnium atque impudentissime tibi neegestas civium et luctus curae sunt cui nihil est domi nisi armis partum aut per iniuriam alterum consulatum petis quasi primum reddideris bello concordiam quaeris quo parta disturbatur Nostri proditor istis infidus. hostis omnium bonorum. ut te neq. hominum neq. deorum pudet. quos per fidem autper iurio violasti. quiquando talis es maneas in sententia. et retineas arma te hortor Neu prolatandis seditionibus inquies ipse Nos in sollicitudine adtineas Neq. te provinciae Nequeleges Nequedii penates civem patiuntur perge qua coeptas utquammaturrime merita invenias. vos autem P. C. quousquecunctando rem p. intutam patiemini et verbis arma temptabitis dilectus adversum vos habiti pecuniae publice et privatim extortae praesidia deducta atq. imposita. exlibidine leges imperantur cum interim vos legatos et decreta paratis quanto me hercule avidius pacem petieritis tanto bellum acrius erit cum intelleget se metu magis quam aequo et bono sustentatum Nam qui turbas et caedem civium odisse ait et obid armato Lepido vos inermos retinet quae victis toleranda sunt. ea cum facere possitis patiamini potius censet ita illi a vobis pacem vobis abillo bellum

5. confirmari 6. gratia plebei tribuniciam 8. tibine egestas 13. aut periurio 13. Qui, quando 16. neque leges neque di 17. ut quam maturrume 18. quousque cunctando 21. ex libidine 26. ob id 28. ab illo

CORTIUS. 3. *movent* 17. *coepisti* 20. *delectus* 23. *Et quanto* 26. *inermes*

6. *gratia tribuniciam*] Ex Prisciano (Lib. 6, 11. p. 256.) *gratia plebei tribuniciam* recte suppletum est a Carrione. Omittit *plebei* Vatic. 1. Vatic. Bongarsii; de Vatic. sec. et tertio non satis constat.

18. *maturrime*] Firmat hanc formam Vatic. pr. pro qua Editiones a Pomponio usque ad Carrionem occupabat *maturissime*.

11 suadet. haec si placent si tanta torpedo animos oppressit ut obliti scelerum Cinnae cuius in urbem reditu decus ordinis huius interiit. Nihilominus vos atque coniuges et liberos Lepido permissuri sitis. quid opus decretis quid auxilio Catuli quiuis et aliboni rp. frustra curant agite ut libet parate vobis Cethegi atq. alia proditorum patrocinia qui rapinas et incendia instaurare cupiunt. et rursus adversum deos penatis manus armare sin libertas et vera magis placent decernite digna Nomini et augete ingenium. viris fortib. adest novos exercitus adhoccoloniae veterummilitum Nobilitas omnis duces optimi fortuna meliores sequitur. Iamilla quae socordia nostra collecta sunt 12 dilabentur. quare ita censeo quoniam Lepidus exercitum privato consilio paratum cum pessimis et hostibus R. P. contra huius ordinis auctoritatem ad urbem ducit uti Ap'. Claudius interrex cum Q. Catulo procos. et ceteris quibus imperium est urbi praesidio sint operamquedent. Nequid resp. detrimenti capiat.

ORATIO CAI COTTAE COS. AD P. R.

1 Quirites multa mihi pericula domi militiaeque multa adversa fuere quorum alia toleravi partim reppuli deorum auxiliis et virtute mea. Inquis omnib. Nunquam animus Negotio defuit. Neque decretis labos malae secundaeque res opes non ingenium mihi mutabant. adcontra inhis miseriis cuncta me cum fortuna deseruere praeterea senectus per se gravis curam duplicat cui misero acta

5. quin is et alii boni 9. nomine 10. ad hoc coloniae veterum militum 12. Iam illa 13. M. Lepidus 17. operamque dent ne quid 22. In quis 24. At contra in his

CORTIUS. 6. *uti lubet* (9. Habet *nomine.*) 12. *quae collecta sunt socordia nostra* (13. Habet *quoniam Lepidus.*) 15. *ut* 20. *militiae* 22. *neque animus*

9. *nomini*] Sic Vatic. pr. Vatic. sec. Vatic. Bongarsii.

10. *novos*] Haec antiquior scriptura affertur etiam ex Vatic. Bongarsii.

13. *Lepidus*] Praeponendum videtur praenomen *M.* absorptum a praecedente littera *m.*

22. *nunquam*] Sic Vatic. pr. Vatic. Bongarsii. De Vat. sec. et tertio non constat. Volg. *neque* primum exstat in Aldina priore.

iam aetate. Nemortem quidem honestam sperare licet. Namsi parricida vestri sum et bis genitus hic deos penatis meos patriamque et summum imperium vilia habeo quis mihi vivo cruciatus satisest autquae poena mortuo quin omnia me morata. apud inferos suplicia scelere meo
2 vici. a prima adulescentia in ore vestro privatus et in magistratibus egi qui lingua qui consilio meo qui pecunia voluere usi sunt. Neq. ego callidam facundiam. Neque ingenium ad malefaciendum exercui avidissimus privatae gratiae maximas inimicitias pro rep. suscepi quis victus cum illa simul cum egens alienaeopis plura mala expectarem vos Quirites rursus mihi patriam deosque penatis
3 cum ingenti dignitate dedistis proquibus beneficiis vixatis gratus videar si singulis animam quam nequeo concesserim Nam vita et mors iura naturae sunt. ut sine decore cum civibus fama et fortunis integer agas id dono datur atque accipitur consules nos fecistis Quirites domi bellique impeditissima rep. Namq. imperatores Hispaniae stipendium milites arma frumentum poscunt et id res cogit quoniam defectione sociorum et Sertorii per montis fuga Neq. manu certare possunt. Neq. utilia parare exercitus in Asia Ciliciaque ob nimias opes Mithridatis aluntur. Macedonia plena hostium est Nec minus Italiae maritima et provinciarum cum interim vectigalia parva et bellis incerta vix partem sumptum sustinent itaclasse quae com-
4 meatus tuebatur minore quam antea Navigamus. haec si dolo aut socordia nostra contracta sunt agite utmonet ira supplicium sumite. Sin fortuna communis asperior est. quare indigna vobis Nobisque et republica incipitis atque ego cuius aetati mors propior est Non deprecor siquideavobis

1. ne mortem 2. nam si 4. satis est aut quae 5. memorata 9. male faciundum 11. alienae opis 13. pro quibus 13. vix satis 25. sumptuum 25. ita classe 27. ut monet 30. si quid ea vobis

CORTIUS. 5. *cum omnia* 10. *qui victus* 12. *deos penatis* 15. *ubi* 27. *sunt*, *uti monet* 28. *communis fortuna*

5. *suplicia*] Sic Vatic. pr. 15. *ut*] Sic Vatic. pr. Pomponius. *uti* Gerlach. 19. *arma*] Excidit hoc voc. ex Gerlach. minore.

incommodi demitur. Neque mox. Ingenio corporis honestius quam provestra salute finem vitae fecerim. adsum eN C. Cotta consul facio quod saepe maiores asperis bellis fecere voveo dedoque me pro rep. quam deinde cui mandetis circum spicite. Nam talem honorem bonus nemo volet cum fortunae et maris et belli ab aliis acti ratio reddenda aut turpiter moriendum sit. tantummodo in animis habetote Non me obscelus aut avaritiam caesum sed volente pro maximis beneficiis animam dono dedisse. per vos Quirites et gloriam maiorum tolerate advorsa. et consulite rei publicae multa cura summo imperio inest multi ingentes labores quos nequiquam abnuitis et pacis opulentiam quaeritis cum omnes provinciae regna maria terraeq. aspera aut fessa bellis sint. .

ORATIO MACRI TRIB. PLEB. AD PL.

1 Si Quirites parum existimaretis quid interius a maioribus relictum vobis et hoc a Sulla paratum servitium interesset multis mihi disserendum fuit docendique quasobiniurias et quotiens a patribus armata plebes secessisset utique vindices paravisset omnis iuris sui. TR. PL. Nunc hortari modo relicuum est et ireprimum via quacapes 2 sendam arbitror libertatem. Neque me praeterit quantas opes Nobilitatis solus impotens inanispeciemagistratus pellere dominatione incipiam quantoque tutius facti onoxiorum agat. quam soli innocentes. Set praeter spem bonam

2. pro vestra 5. circumspicite 8. ob scelus 9. volentem 12. nequidquam 16. inter ius 18. quas ob iniurias 21. ire primum via qua capessundam 23. inani specie magistratus 24. factio noxiorum

CORTIUS. 1. *mox ingenui corporis* 16. *quod inter*

1. *ingenio corporis*] id est „natura et conditione corporis." Nihil mutandum nunc videtur.

9. *volente*] Sic clare *ἀπόγραφον* Heysianum.

10. *per vos, Quirites*] Sic Vatic. pr. Vatic. sec. Vatic. Bongarsii. Libri Carrionis. Pomponius. Volg. *per vos igitur, Quirites* Aldi est interpolatio.

12. *nequiquam*] Sic Vatic. pr., ut semper Livii Codex Einsiedlensis.

18. *docendique*] Cum sic non solum habeat Vatic. sec. (in quo error poterat videri) sed etiam Vatic. pr. hoc recipiendum puto. Facile enim v. *fuistis* cogitatione suppletur ex v. *fuit*. Volgo *docendumque*.

ex vobis quae metum vicit. statui certaminis advorsa. pro libertate potiore esse forti viro quam omnino non cer-
3 tavisse. quamquam omnes alii creati pro iure vestro vim cunctam et imperia sua. gratia aut spe. aut praemiis in vos convertere meliusque habent mercede delinquere quam gratis rectefacere. Itaque omnes concessere iam in paucorum dominationem. qui per militare nomen aerarium exercitus regna provincias occupavere et arcem habent expoliis vestris cum interim more pecorum vos multitudo singulis habendos fruendosque praebetis exuti omnibus quae maiores reliquere. Nisi quia vob. metipsis per suffragia ut praesides olim. Nunc dominos destinatis. Itaque concessere illuc omnes et mox si vestra receperitis ad vos plerique. rarisenim animus est ad ea quae placent de-
4 fendenda ceteri validiorum sunt. an dubium habetis Num officere quid vobis uno animo pergentibus possit quos languidos socordesque pertimuere. Nisi forte .C. Cotta. ex factio nemedia consul aliter quam metu iura quaedam .TR. PL. restituit et quamquam .L. Sicinius primus de potestate tribunicia loqui ausus mussantibus vobis circumventus erat tamen prius illi invidiam mittuere quam vos
5 iniuriae pertaesum est. quod ego nequeo satis mirari Quirites Nam spem frustra fuisse intellexistis Sulla mortuo qui scelestum imposuerat servitum finem mali credebatis. ortus est longe saevior Catulus tumultus intercessit Bruto et Mamerco COS. dein C. Curio ad exitium usque. insontis tribuni dominatus est Lucullus superiore anno quantis animisierit in .L. Quintium vidistis quantae deni-

2. potiora 6. recte facere 9. ex spoliis 11. vobismet ipsis 14. raris enim 18. factione media 21. metuere 24. servitium 28. animis ierit

CORTIUS. 12. *uti* 13. *illic* 15. *cetera* 15. *ne obficere* 26. *et Aemilio Mamerco* 28. *L. Quinctium*

2. *potiore*] Error Vatic. pr., correctus, ut videtur, in reliquis Vaticc., pro *potiora*.

11. *vob. metipsis*] Ex hac scriptura Vatic. pr. ortus est error Britannici, Aldi, Carrionis aliorumque: *vosmet ipsi*.

12. *ut*] Vatic. pr. *uti* Gerlach.

21. *mittuere*] Sic Vatic. pr. (non *mutuere*) pro *metuere*.

23. V. *intellexistis* in contextu omissum margini adscriptum est in Vatic. pr.

que. Nunc mihi turbae concitantur quae profecto incassum agebantur si prius quamvos serviendi finem illi dominationis facturi erant praesertim cum his civilib. armis dicta alia. Sed certatum utrimque dedominatione in vo-
6 bis sit. `itaq. cetera ex licentia aut odio aut avaritia intempus arsere permansit una res modo quae utrimque quaesitaest et erepta in posterum. vistribunicia telum a maioribus libertati paratum quod ego vos moneo quaesoque ut anim advertatis Neu nomina rerum adignaviam mutantes otium pro servitio appelletis quo iam ipso frui. Si vera et honesta flagitium superaverit. Non est condicio fuisset. Si omnino quiessetis Nunc animum advortere et Nisi viceritis quoniam omnis iniuria gravitate tutior est
7 artius habebunt. quid censes igitur aliquis vestrum subiecerit primum omnium omittendum morem hunc quem agitis inpigrae linguae animi ignavi nonultra contionis locum memores libertatis deinde Nevos advirilia illa vocem quo tribunos plebei modo patricium magistratum libera ab auctoribus patriciis sufragia maiores vestri paravere qum vis omnis Quirites invobis sit etquae iussa Nunc pro aliis toleratis pro vobis agere aut non agere certe possitis. Iovem aut alium quem deum consultorem expectatis magna illa consulum imperia et patrum decreta vos exsequendo

2. quam vos 4. de dominatione 6. in tempus 7. quaesita est 7. vis tribunicia 9. animadvortatis 9. ad ignaviam 15. amittundum 16. non ultra 17. ad virilia 18. tribunos plebei modo, patricium 19. sutfragia 20. cum 20. in vobis sit et quae 21. possitis, Iovem 22. expectatis?

CORTIUS. 2. *agerentur* 12. *animum advortite* (15. Habet *omittendum.*) 17. *dein ne* 18. *tribunos plebi*, *modo patricium magistratum* 20. *uti*, *quae iussa* 21. *possitis. Iovem — — exspectatis: magna*

13. *gravitate*] Id est, ipsa sua gravitate; quo gravior, eo tutior. Nihil iam mutandum censeo.

15. *omittendum*] Sic Vatic. pr. ceterique Codd. *amittendum* Arusianus p. 212. Lind.

16. *contionis*] Ex emendatione Vatic. pr. Prius fuerat *conditionis.*

17. *deinde*] Vatic. pr. Vatic. sec. *dein* Gerlach.

